

utriusque, quia appulit ad litus, quod utriusque oppido vicinum erat. Perperam Brocardus, *Itiner.* 11, censet *Magedan* esse *Medan*, id est aquas Dan, nimirum fontem illum ex quo Jordanis oritur, quem Iosephus *Phialam* vocat; nam Medan et origo Jordanis longissime distat a mari Galilææ, cui adiacebat Magedan. Perperam quoque nonnulli censent *Magedan* esse *Mageddo*, ubi cæsus

Magedan non est Medan.

Sec. Ma. t. d. d.

est Josias, rex Juda; nam Magedan est ultra Mageddo eis mare Galilææ, ac longe ab eo distat: adiacebat enim torrenti Cison, ac vicinum est Cæsareæ et mari Mediterraneo. Vide *Ta bulas Geograph.* Adrichomii. Hic versus spectat ad eum apud sequens. Unde nulli ab eo inchoant cap. xv r. In Mageddo enim contigit Scribarum petitio signi de celo quæ sequitur.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, Pharisei a Christo petunt signum e celo, quibus ipse dat signum Jonæ. Secundo, vers. 6, monet discipulos ut caveant a fermento, id est mala doctrina Phariseorum. Tertio, vers. 13, eos rogat, quem se esse censent? Petrus respondet: Tu es Christus, Filius Dei vivi; quare Christus promittit ei Ecclesiam Petram et claves cæli. Quarto, vers. 21, prædicit suam passionem et resurrectionem, suosque vocat ad crucem.

1. Et accesserunt ad eum Pharisei et Sadducei tentantes; et rogaverunt eum ut signum de celo ostenderet eis. 2. At ille respondens, ait illis: Facto vespere, dicitis: Serenum erit, rubicundum est enim cælum. 3. Et mane: Hodie tempestas, rutilat enim triste cælum. 4. Faciem ergo cæli dijudicare nostis: signa autem temporum non potestis scire? Generatio mala et adultera signum quærit; et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophætæ. Et relictis illis, abiit. 5. Et cum venissent discipuli ejus trans fretum, obliti sunt panes accipere. 6. Qui dixit illis: Intuemini, et cavete a fermento Phariseorum et Sadduceorum. 7. At illi cogitabant intra se, dicentes: Quia panes non accepimus. 8. Sciens autem Jesus, dixit: Quid cogitatis intra vos, modicæ fidei, quia panes non habetis? 9. Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum in quinq; millia hominum, et quot cophinos sumpsistis? 10. neque septem panum in quatuor millia hominum, et quot sportas sumpsistis? 11. Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: Cavete a fermento Phariseorum et Sadduceorum? 12. Tunc intellexerunt, quia non dixerit cavendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum et Sadduceorum. 13. Venit autem Jesus in partes Cæsareæ Philippi; et interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis? 14. At illi dixerunt: Alii Joannem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex Prophetis. 15. Dicit illis Jesus: Vos autem, quæ me esse dicitis? 16. Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, Filius Dei vivi. 17. Respondens autem Jesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. 18. Et ego dico tibi: Quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalent adversus eam. 19. Et tibi dabo claves regni cælorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cælis; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in cælis. 20. Tunc præcepit discipulis suis, ut nemini dicerent, quia ipse esset Jesus Christus. 21. Exinde cepit Jesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Hierosolimam, et multa pati a senioribus, et Scribis, et principibus sacerdotum, et occidi, et tertia die resurgere. 22. Et assumens eum Petrus, cepit increpare illum, dicens: Absit a te, Domine: non erit tibi hoc. 23. Qui conversus, dixit Petro: Vade post me, satana, scandalum es mihi, quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum. 24. Tunc Jesus dixit discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem

suam, et sequatur me. 25. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam; qui autem perdidit animam suam propter me, inveniet eam. 26. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, anima vero sua detrimentum patiat? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? 27. Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis, et tunc reddet unicuique secundum opera ejus. 28. Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo.

1. ET ACCESSERUNT AD EUM (in Magedan, cap. xv, vers. uk.) PHARISEI ET SADDUCEI (de quibus dixi cap. iii, vers. 7) TENTANTES; ET ROGAVERUNT EUM UT SIGNUM DE COELO OSTENDERET EIS. — Idem rogaverunt cap. xii, 38. Sed hic rursum rogant occasione miraculi multiplicationis panum, quod paulo ante Christus patrarat. Cum enim hoc viderent passim a turbis, quæ presentes et panum participes fuerant, celebrari, ut illud apud populum elevarent, dixerunt illud signum esse terrestre, posseque a demone, qui in terra dominatur, fieri: insinuant ergo Christum esse Magum, et ope demonis multiplicasse panes, cæteraque sua mira patrasse, ut colligitur ex cap. xii, 24. Petunt igitur a Christo signum de celo, ut Deus, qui regnat in celo, per illud attestet Christo eum a se missum et celestem ejus esse doctrinam: quod si fecerit, se credituros in eum quasi Messiam et populum in eandem fidem inducturos. Sed Sadducei, utpote athei, censebant nullum posse dari signum e celo a Deo, sicuti illorum opinione nullus erat; Pharisei censebant posse dari hoc signum, sed non dandum a Christo, utpote qui vel non erat Messias, vel si erat, nollet eorum petitioni annuere, uti noluerat cap. xii, 38; quare putabant se populo persuasuros Christum non posse edere signum de celo, ac consequenter non esse missum a Deo, sed a demone. Cætera vide explicata cap. xii, 38. Aliter Lyranus, qui censet Judæos astrologie judicariæ deditos, petisse a Christo signum quo ex astris ostenderet se esse Messiam; in astris enim designasse et quasi scripsisse Deum omnem suam providentiam circa res humanas totumque ordinem universi. Verum nihil tale hic innuit Matthæus. Proprie videntur Pharisei allusisse ad manna, ut colligitur ex *Joan.* vi, 30, 31, q. d. O Jesu, multiplicasti quidem panes in terra, sed da signum e celo, scilicet plene manna de celo, uti fecit Moses, sic ostendes te Mose esse simiim, novumque Evangelii tui legislatores a Deo missum. Ita Remigius, Beda, Abulensis.

Pharisei signum de celo petunt a Christo. Cur?

gredo nubium significat nubes esse spissas et densas, utpote per quas radii solis penetrare nequeant, ideoque opacis et soluti difficiles: albedo indicat eas esse rarissimas, utpote per quas radii solis transparent et traheunt: rubedo indicat eas nec esse plane densas, nec rarissimas, sed rarescere, ideoque partim solem per eas transperare, partim excludi; rubedo enim habet aliquid nigredinis et aliquid albedinis, ex utraque enim commista est: quatenus accedat ad nigredinem, solis radios excludit; quatenus accedit ad albedinem, eosdem admittit et transmittit.

3. ET MANE: HODIE TEMPESTAS (erit pluviae ut Vers. 2. venti), RUTILAT ENIM TRISTE COELUM. — Græce est *ὀψέσθη*, id est rubicundum est; *ὀψέσθη*, id est *maximam afferens cælum.* « Rutilat » ergo, id est *rubet*, ut veritè Syrus et Arabicus. Rutilus enim color est rubeus, quia rubedo rutilat, id est splendescit. Sic Ovidius, lib. V *Metamorph.*: « Cruor rutilus, » inquit, id est rubeus; et « capilli rutili, » id est rubei, lib. II *Metamorph.* « Et Mars rutilus, » id est rubeus et cruentus, apud Ciceronem in *Somnio Scipionis.* « Et flamma rutila, » id est rubea et splendens, II *Fast.* Ratio physica est, quod cælum, si vespere rubeat, indicet raras esse nubes, ideoque nocte, utpote quæ prolixa est, consumendas: sol enim occidens et abiens nequit eas liquare; sin mane rubeat, indicat nubes esse raras quidem, sed tamen ita densas, ut a sole oriente nequeant consumi, sed illi resistant, quare mox a sole increcente et incalcescente resolvendas in pluviam aut ventum. Ex eo enim quod per penetrationem radiorum solis rarefactæ sunt, liquet eas viciniores esse, ut in pluviam aut ventum resolvantur a sole, quam ut a sole alio propellantur. Audi Plinium, lib. XVIII *de Præcipitiis*, cap. xxxv: « Si sol purus occidit, serenitatis signum est. Si occubuit pridie nifido celo, et oritur eodem, tunc certius argumentum serenitatis. Si sol in ortu appareat major, quam solet, si quasi cæruleo colore imbutus prodeat vel occidat, imbrem; si igneo, Euro nuntiat. Cum ante illius ortum rubeant nubes, venti erunt; cum expallescent, vel nigrae rubeantibus intermiscerunt, pluviam vendunt. » Ex luna similia hæc accipe præsentia: « Si splendens exorta puro nitore fulsit, serenitatem; si rubicunda, ventos; si nigra, pluvias portendere creditur, » autem

Vers. 2. *ὀψέσθη*.

Rutilus color est rubeus.

Mane non est tempestas.

Cur?

nostriconimbricenses in *Meteor.*, tract. VII, cap. III. Aliam causam planiorem horum duorum dissimulium, quod scilicet rubor cœli vespertinus sit indicus serenitatis, matutinus vero tempestatis, dat Abulensis hic, *Quæst.* VIII: Ratio, inquit, primi est, quia rubor, qui apparet ad vesperum in aere, signat desiccationem aeris, et ideo materia grossa vaporum, quæ in aquam vertibilis erat, est jam desiccata, ita ut inflammetur, quod est rubeferi; et ita non est proxime disposita, ut pluvia ex illa fiat, et sic est signum propinquum serenitatis. Ratio secundi est, quia quando cœlum mane rutilat, est materia inspissata, et non est illa desiccata, quia non est rubra sicut nubes rubæ, quæ apparent occidente sole; sed est materia turbida aliquoties et aliquoties rubea, et ita est materia irregularis, quæ calore solis soluta stillat in pluvias, quantum ad partem turbidam et grossam, vel solvitur in ventos, quantum ad partem aliquoties desiccata et rutilantem; vel propter humidam materiam circumstantem totum simul vertitur in pluvias, et ita fit tempestas, quia tempestas non solum dicit pluvias, sed etiam ventos impetuosos cum aqua; atque hoc innuit Noster, dum sagaciter vertit « rutilat » (1).

Symbolice idem Abulensis, *Quæst.* IX: « In primo, ait, adventu Christi fuit serenitas gratiæ; in secundo, ad iudicium erit tempestas vindictæ et gehennæ, quam in reprobus detonabit Christus iudex. » Sic et S. Augustinus in *Quæst. Evang.* hic.

FACTEM (externam formam et speciem) ERGO COELI DJUDICARE NOTIS; SIGNA AUTEM TEMPORUM NON POTISTIS SCIRE. — « Signa temporum » vocat signa temporis adventus Messie; sive « temporum, » id est septuaginta hebdomadarum Daniælis, vaticiniis patriarchæ Jacob, *Genes.* XLIX, 10, et ceterorum Prophetarum. Hæc enim vaticinia uti et miracula, quæ per singulos dies pertrahat Christus, plane convincebant Messiam jam venisse, ipsunque esse Messiam. Hic versus legendus est per interrogationem, non sine ea assertive, uti legit Lyranus, qui sic explicat, *q. d.* Vos Judei dediti astrologiæ, vultis ex astris cognoscere tempus adventus Messie; et erratis. Ex astris enim possunt sumi presagia serenitatis vel tempestatis, ad non adventus Messie. Sed hoc parergum est: est enim hic argumentum a minori ad majus, *q. d.* Si ex signis cœli, o Pharisei, notis dijudicare futuram serenitatem vel tempestatem: ergo multo magis ex oraculis Prophetarum meisque miraculis potestis et debetis agnoscere me esse Messiam. Hæc enim illis sunt clariora et certiora. Ita S. Hieronymus, Hieronymus, Euthymius; et sat patet ex *Luc.* XII, 36, ubi Christus ait: « Hy-

(1) Meliorem, ut opinor, rationem et explicationem dant hodierni physici. Rubet Cœlum, ait D^r Brewer, in *Scientia Clavi*, cum aer purior est et densior, quia coloris rubri radiis tantum inest vis, seu ut aiunt, *momentum* hujusmodi aerem penetrandi. Aer autem purus et siccus serenitatem secum affert, aut potius ipso est serenitas.

poorite, faciem cœli et terræ notis probare; nos autem tempus (adventus mei, qui sum Messias) quomodo non probatis? Sic et hodie multi sunt in rebus terrenis lyces, in divinis talpe; prudentes in sæculo, insipientes in cœlo; oculatissimi in congerendis nummis, ignorantissimi in colendo numine. Hi sapienter in bursa, desipiunt in conscientia. Aliter explicat S. Chrysostomus, *hom.* 34, hæc « signa temporum, » *q. d.* Alia sunt signa temporis presentis, alia futuri: signa curationum, quæ ego edo, sunt temporis presentis; signa vero temporis futuri, erunt signa in cœlo, quæ vos postulat, o Scribæ: tunc enim erant signa in sole, luna et stellis, *Luceæ* XXI. Facitis ergo sicut Thales, qui cœlum contemplanis eundo, in foveam incidit: sic et vos futura spectantes, et presens gratiæ tempus negligentes, ruitis in gehennam.

4. GENERATIO MALA ET ADULTERA SIGNUM QUERIT, ET SIGNUM NON DABITUR EI, NISI SIGNUM JONÆ PROPHETÆ. — Hunc versus iterat Christus, jam enim cum audivimus cap. XII, vers. 39, ubi eum explicat.

ET RELICTIS ILLIS, ABII. — Ex Magadan consensa navi traiecit mare Galilee, et in citeriorem ejus ripam, unde venerat, rediit, ut patet ex vers. sequenti. Unde Marcus, cap. VIII, 13, ait: « Et dimittens eos, ascendit iterum navim, et abiit trans fretum. » Iterum enim, iterumque hoc mare traiecit Christus, ultra citroque meabat et remeabat, ut Galileos tam cis mare, quam ultra mare habitantes erudiret, juxta oraculum Isaie, cap. IX, 1, quod citavit Mattheus, IV, 14.

5. ET CUM VENISSENT DISCIPULI EJUS TRANS FRETUM, OBLITI SUNT PANES ACCIPERE. — « Cum venissent, » Græce *ἐβόησαν*, id est cum *visissent*, puta cum navim conscendissent ad transfretandum: in navi enim hæc contigisse patet ex circumstantiis: in navi enim et navigatione longiore egebant pane et cibo, nam in portu eum abunde erant inventuri. Idem patet ex *Marci* VIII, 16 et sequent. Est Hebraismus; Hebræa enim verba sæpe actum non perfectum, sed inchoatum, vel destinatum significant, ut dixi in Canonibus. Sic hic « cum venissent, » id est cum venire cepissent, cum proficiscerentur, « oblitus sunt, » quia eis reficiendi corporis necessitas, intentione Domini comitatus, et dulcedine veri panis, qui cum eis erat, id est Christi, mente exciderat, ait Anselmus.

TRANS FRETUM, — trans mare Galilee, scilicet Bethesda, ut ait Marcus, cap. VIII, 22.

6. QUI DIXIT ILLIS: INTURNI (Græce *ἐπέστειλεν*, id est videte, ut vertit Noster in Marco) ET CAVETE A FERMENTO PHARISÆORUM ET SADDUCÆORUM. — « A fermento, » id est a doctrina, ut explicat vers. 12; ab hac cavere jubet, non quatenus Pharisei legem Moysi docebant et explicabant: sic enim eos audiri, eisque obediri jubet, cap. XXIII, 2; sed quatenus illam suis vanis et legi Dei contrariis

Thales
cœlum
contemplanis,
in foveam
incidit.

Vers. 4.
Marc.
VIII, 12.

Vers. 5.
Marc.
VIII, 14.

Vers. 6.
Sup. XIV,
et Marc.
III, 19.

traditionibus, quasi acido fermento, inquinabant, ac per eas inficiebant et vitabant mentes auditorum, quam Lucas, cap. XII, 1, vocat hypocritarum: « Attendite, ait, a fermento Phariseorum, quod est hypocrisis; » quia Pharisei externas tantum ceremonias et apparentem sanctitatem spectabant, neglecta interna animi puritate, ait Beda. Audi Hieronymum: « Hoc est fermentum, de quo Apostolus loquitur: Modicum fermentum totam massam corrumpit. Istiusmodi fermentum (quod omni ratione vitandum est) habuit Marcion et Valentinus, et omnes hæretici. Fermentum hanc vim habet, ut si farinæ mixtum fuerit, quod parvum videbatur, crescat in majus, et ad saporem suum universam conversionem trahat; ita et doctrina hæretica, si vel modicum scintillam in tum pectus jecerit, in brevi ingens flamma crescit, et totam hominis possessionem ad se trahit. »

7. AT ILLI COGITABANT INTER SE (Marcus habet, cap. VIII, 16, *διὰ τὸ ἴσθαι ὅτι ἀδελφοί*, id est disputabant, vel disceptabant ad invicem), DICENTES: QUIA PANES NON ACCIPIMUS. — Hugo et Dionysius sic exponebant, *q. d.* Ideo Christus dixit: Cavete a fermento Phariseorum, quia panes non accipimus, nec vult nos panes accipere a Phariseis. Simplicius alii, *q. d.* Discipuli, audita mentione fermenti facta a Christo, recordati sunt se oblitos esse panes in navim inferre, ac metuentes, ne Christus in deserto locum more suo navigaret, solliciti erant quomodo panes ibidem necessarios compararent, ac inter se hæc de re disceptabant, et forte unus in alterum culpam oblivionis panum conjiciebat; ubi dupliciter peccabant. *Primo*, quod nimis de panibus essent solliciti, nec satis fiderent Christo, cum tamen paulo ante experti essent ejus potentiam et providentiam in multiplicandis panibus. *Secundo*, quod censerent Christum loqui de corporali fermento et pane, cum ille de spirituali loqueretur: unde de utroque corripuntur et corriguntur a Christo, uti sequitur.

8. SCIENS AUTEM JESUS, DIXIT: QUID COGITATIS INTER VOS, NOTICE FIDEI, QUIA (quod) PANES NON HABETIS? — Græce, *ἐκ δόξης*, id est non accipitis: sic et Syrus. « Sciens, » per vim divinitatis sue, non enim audiverat eos hæc de re colloquentes. « Modice fidei, » quasi ego de panibus corporeis locutus sim, deisque velim vos esse sollicitos; aut quasi ego de his vobis nequeam, aut nolim providere in mari, vel in deserto?

9. NONDUM INTELLIGITIS (tum phrasim meam de fermento, tum meam curam de providendo vobis panes), NEQUE RECORDAMINI QUINQUE PANUM IN QUINQUE MILLIA HOMINUM (scilicet distributorum. Græce: *Neque recordamini quinque panes quinque millium*, quibus scilicet quinque millia hominum pavi), ET QUOT COPHINOS (reliquiarum) SUMESISTIS? — Uti que duodecim, *q. d.* Ego qui tunc non tantum multiplicavi, sed et restitui panes in frag-

mentis, quæ faci esse residua, idem nunc et quovis tempore possum facere.

10. NEQUE SEPTEM PANUM IN QUATUOR MILLIA HOMINUM (Græce *ἑπτὰ χίλια ἄνθρωποι*, id est quatuor millium, quibus scilicet quatuor millia hominum alui) ET QUOT SPORTAS SUMPSISTIS? — Uti que septem, tot quot fuerant panes. Constanter tam Mattheus quam Marcus hic nominant sportas, in priori vero miraculo cophinos: unde liquet sportas aliud vas et mensuræ genus fuisse a cophinis.

11. QUARE NON INTELLIGITIS, QUIA (quod) NON DIXI DE PANE DIXI VOBIS (cum dixi id quod sequitur): CAVETE A FERMENTO SCRIBARUM ET PHARISÆORUM? — Ex fermento enim fit panis communis et usitatus; *q. d.* Debeuerat eis mens sermonibus et actibus cognoscere me non loqui de fermento et pane terreno, utpote villi et exili, sed spirituali, qualis est doctrina.

12. TUNC INTELLIXERUNT, QUIA (quod) NON DIXERIT CAVENDUM A FERMENTO PANEM, SED A DOCTRINA PHARISÆORUM ET SADDUCÆORUM. — Corruptio enim Christi audit discipulorum mentem, et vexatio dedit intellectum.

13. VENIT (Græce *ἔβησε*, id est cum venisset) AUTEM JESUS IN PARTES (SYRUS, in loco) CESARÆE PHILIPPÏ; ET INTERROGABAT DISCIPULOS SUOS, DICENS: QUEM DICUNT HOMINES ESSE FILIUM HOMINIS? — Cesaræa Philippi urbs est Phenicia sita ad radices Libani, quæ primo dicta est *Dan*, eo quod a Danitis, id est a tribu Dan astu sit capta, *Judic.* cap. XVIII, quodque ibi sit confluentis duorum rivulorum, scilicet *Jeor* et *Dan*, qui juncti Jordanem efficiunt: ibi ergo origo est Jordanis. Verum quia Gentilibus notior erat *Pan*, deus pastorum, quam *Dan*, tribus Hebræa, hinc ab eis dicta est *Panæa*; deinde Philippus, Herodis Ascalonite filius ac Iureæ et Trachoniditis tetrarchæ, eandem a se auctam suæ tetrarchiæ metropolim constituit, et in gratiam Cesaris Tiberii Cesaræam nuncupavit, imitatus patrem suum Herodem Ascalonitam, qui urbem a se conditam in loco prius dicto *Turris Stratonis*, inter Doram et Joppem, juxta mare Mediterraneum, in honorem Cesaris Augusti Cesaræam nuncupavit, quæ ut antiquior et nobilior erat, sic et absolute Cesaræa Palestine vocatur in Actis Apostolorum, et a Josepho: quare ad ejus distinctionem hæc dicta est Cesaræa Philippi, quæ erat terminus terræ Chanaan Judæis a Deo promissæ ad septentrionem, sicut Bersabee erat ejusdem terminus ad meridiem. Unde toties in Scriptura dicitur: « A Dan (id est Cesaræa Philippi) usque ad Bersabee. » Hæc de causa multi vicini Gentilibus, præsertim Phœnicis ad hanc urbem confluebant, uti in limitibus regionum fieri solet; idcirco Christus ad illam hic recessit, tum ut Gentiles pariter ac Judæos doceret, tum ut liberius de Messia, quem Judæi quasi regem suum expectabant, loqueretur. In Judæa enim veriusculum fuisse hæc de re lo-

Vers. 10.
Sup. Mar.
III, 20.

Vers. 11.
Marc.
VIII, 21.

Vers. 12.

Vers. 13.
Luc. IX,
48; Marc.
VII, 27.
Cesaræa
Philippa
quæ?

qui; ac Scribæ Christum apud presides Romanos affectati regni accusassent, eumque reum majestatis apud Tiberium Cæsarem peregrissent. Rursum hæc Cæsarea, olim *Dan dicta*, sedes fuerat idololatriæ, ut patet *Judic. xviii, 29* et seq. Christus ergo ab hæc labe voluit eam expurgare, et Dei cultricem, imo initium et matricem Gentium Christianarum effloere: unde hujus urbis civis fuit hæmorrhœisa, quam Christus a fluxu sanguinis sanavit, ejus miraculi imago quotidianis miraculis illustris ab hæmorrhœisa ibidem erecta, perstitit usque ad Julianum Apostatam, qui in odium Christi illam deiecit, teste Eusebio, lib. V, cap. xx; postea hæc urbs ab Herode Agrippa aucupante gratiam Neronis, dicta est *Neronia*, sive *Neronias*, nunc a Turcis occupata *Belima* nuncupatur.

QUEM DICUNT HOMINES ESSE FILIUM HOMINIS? — Ita legendum cum Romanis sine « me, » quod nonnulli ex Greco addunt; hoc enim intelligitur in *τὸν Filium hominis*, id est me, qui studio humilitatis soleo me Filium hominis nuncupare, ut dixi cap. viii, et maxime hic ita me voco, ut explore vestram, o Apostoli, de me fidem. Unde Lucas, cap. ix, 48; habet: « Quem me dicunt esse turbe? » Neque enim vis facienda est in articulo Greco *τὸν*, ut vul Beza, qui vertit *illum Filium hominis*, scilicet Messiam Judæis promissum. Minus recte Syrus hæc dividit legitque per interrogationem hoc modo: « Quid dicunt de me homines, quod sim Filius hominis? » Christus enim hic non rogat, sed asserit, vocatque se Filium hominis; sed ulterius quaerit quid de se sentiant homines, id est vulgus hominum.

Ver. 14. 14. AT ILLI DIXERUNT: ALII JOANNEM BAPTISTAM, Luc. 11. ALII AUTEM ELIAM, ALII VERO JEREMIAM, AUT UNUM EX Ver. 15. PROPHETIS. — Videbat vulgus Judæorum jam alii Ver. 16. quod centenis annis, puta paulo post captivitatem Ver. 17. Babylonicam (quando prophetaverunt Zacharias Ver. 18. et Malachias, qui fueret ultimi Propheta) apud Ver. 19. Judæos defecisse prophetiam et Prophetas, æque Ver. 20. ac arcam Testamenti, et oraculum ex propitiatorio. Quare Christum putabant non esse novum Ver. 21. Prophetam, sed aliquem ex veteribus: horum Ver. 22. enim virtutes, miracula et doctrinam videbant in Ver. 23. Christo. Pocius vero erant illi, qui certo credebant Ver. 24. ipsum esse Messiam; longo plures enim id non Ver. 25. credebant, offensi Christi paupertate et humilitate: Ver. 26. putabant enim Messiam venturum cum Ver. 27. pompa regia quasi filium Salomonis, uti etiam nun- Ver. 28. putant et expectant Judæi; quare quod sub- Ver. 29. binde dixerunt aliqui e populo visis tot Christi Ver. 30. miraculis: « Numquid hic est Filius David? » Ver. 31. *Matth. xii*; et: « Hic est vere Propheta, qui ven- Ver. 32. turus est in mundum, » *Joan. vi*, transiens et sub- Ver. 33. itanea fuit eorum vox, elicitæ ex presenti miracu- Ver. 34. lo, non perseverans et constans sententia. Ver. 35. Vulgus enim est mobile, et ad omnem auram Ver. 36. flectitur. Ita Abulensis. Putabant ergo animam Ver. 37. alicujus et Prophetæ migrasse in Christum per

μετεπέμψασαν, id est transanationem Pythagora, qua anima defuncti censebatur migrare in aliud corpus melius vel vilius secundum meritâ prioris vite. Ita Jansenius, Cajetanus et Baronius. Vel potius putabant aliquem e Prophetis resurrexisse, ipsumque esse Jesum, quasi Jesus reipsa esset Joannes Baptista, Elias, vel Jeremias. Credebant enim Judæi et Pharisei mortuorum resurrectionem, ut patet *II Machab. vii*, licet eam negarent Sadducei, *Act. xxiii, 8*. Id ita esse liquet ex sententia Herodis de Christo: « Hic, inquit, est Joannes, ipse surrexit a n. » *Idem virtutes (miracula) operantur in illo.* Existimabant enim animam Prophetæ post mortem fieri evolviorem, potentioiorem et diviniorem ad patranda miracula. Credebant ergo aliquem e Prophetis in Jesu resurrexisse, ideoque potentiora quam ante operari; transanationem vero Pythagoricam, ut Gentilium figmentum horrebant. Porro, alii putarunt Jesum esse Joannem Baptistam, quia ætate, sanctitate et predicatione videbatur ipsi per similes, ac Joannes paulo ante injuste occisus ab Herode, versabatur in eorum memoria, dignisque resurrectione censebatur. Alii putarunt Christum esse Eliam ob similem utriusque zelum, et quia Elias nequid est mortuus, ac rediturus ab omnibus etiam Judæis expectatur, ex oraculo Malachie, cap. iv, 5: « Ecce, inquit, ego mittam vobis Eliam prophetam. » Putabant ergo Eliam rediisse, ac Eliam esse Jesum. Alii opinati sunt Christum esse Jeremiam, quia Jeremias fuit vir sanctissimus, ac speculum patientiæ et charitatis, et quia nonnulli putarunt Jeremiam cum Elia rediturum ad predicandum Judæis, moti illo: « Prophetam in Gentibus dedi te, » *Jerem. i, 8*. Sed alius illius loci est sensus, ut ibi dixi.

15. DICIT ILLIS JESUS: VOS AUTEM, QUEM ME ESSE Ver. 16. DICITIS? — S. Hieronymus ex τὸ « vos autem, » Luc. 11. per antithesim ad « homines, » colligit Apostolos Ver. 17. hic tacite Deos quosdam a Christo vocari: « Illis, Ver. 18. inquit, quia homines sunt humana opinantibus, Ver. 19. vos, qui estis dii, quem me esse existimatis? » Quoad rem vero S. Chrysostomus: « Hac, inquit, Ver. 20. secunda interrogatio monuit Dominus discipulos, ut majora de ipso cogitarent. Ipso enim Ver. 21. interrogandi modo ostendit, illas vulgares opi- Ver. 22. niones multum a sua dignitate abesse. » Ait ergo: Ver. 23. « Vos, qui mecum semper versantes plura me Ver. 24. fecisse vidistis, qui meo nomine complures vir- Ver. 25. tutes ipsi quoque fecistis, quem me esse dicitis? »

16. RESPONDENS SIMON PETRUS, DIXIT: TU ES CHRIS- Ver. 16. TUS, FILIUS DEI VIVI. — « Simon Petrus, » qui in Luc. 11. circumcissione nominatus est Simon, a Christo Ver. 17. vocatus est Cophas, id est Peti vs. Putant nonnulli Ver. 18. Petrum quasi os Apostolorum non pro se solo, Ver. 19. sed pro omnibus respondisse. Ita S. Ver. 20. « Petrus, inquit, ex persona omnium Aposto- Ver. 21. lorum proficitur: Tu es Christus, Filius Dei vivi. » Ver. 22. Sic et S. Anselmus, S. Thomas, Glossa, Dionysius, Ver. 23. Lyranus, Jansenius et S. Augustinus, *De Verbis*

Dominæ, serm. 13, et S. Ambrosius, lib. *De Incarn.*, cap. iv. Melius S. Hilarius, Abulensis, Maldonatus, Franciscus Lucas, Barradius et alii censent Petrum pro se et ex suo sensu locutum. Tacentibus enim Apostolis et hesitantibus quid essent responsum, Petrus cæteris sapientior (utpote illustratus et doctus a Deo) et ferventior, ne quis indignus quippiam de Christo responderet, prior responsum præripuit, ac pro omnibus respondit: non quod secret omnium hæc esse mentem (nam cum nullo de hæc re erat colloctus), sed quod suam sententiam vellet omnibus esse communem, utque omnes ita sentire debere, uti ipse sentiebat, ostenderet; atque hoc tantum voluit S. Hieronymus, et cæteri jam citati, scilicet quod Petrus quasi jam designatus, et post resurrectionem reipsa constitutus princeps Apostolorum et totius Ecclesiæ, altius præ aliis edoctus et inspiratus a Deo cognoverit Christi divinitatem, ac de ea responderit id quod alii omnes respondere debuissent, quodque ipse responsurus putabat ferventius, quam verius, ut colligitur ex *Joan. vi, 69* et seq. Id liquet ex eo, quod soli Petro ob meritum hujus confessionis, Christus promittit amplissimum præmium et prerogativam; ait enim ipsi nominatim præ cæteris Apostolis: « Beatus es, Simon Bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. »

TU ES CHRISTUS, FILIUS DEI VIVI. — Græcè ὁ Χριστός, id est ille Christus, scilicet Messias a Deo ante tot sæcula Adæ, Abrahæ, Mosi et Davidi promissus, quem omnes Patriarchæ et Prophetae avidissime expectarunt, hodieque omnes expectant. Tu, inquam, es Christus sive Messias, id est unctus a Deo unctione gratiæ unionis hypostaticæ cum Verbo, ac hoc ipse consecratus summus orbis Doctor, Pontifex, Propheta et Rex: Doctor, ut doceas homines Dei voluntatem et legem; Pontifex, ut te in sacrificio Deo offerendo, mundum Deo reconcilies; Propheta, ut arcana Dei enunties, et futura prædices, ac præsertim reposita in cœlis piis præmia et in gehenna impiis supplicia prædices, cunctisque inculces; Rex, ut domineris cœlo et terræ, omnibusque qua in eis sunt.

FILIUS DEI, — non per gratiam et adoptionem, ut sunt omnes Sancti, sed per naturam et deitatem tibi a Deo Patre per generationem æternam communicatam. Unde Græcè est articulus habens emphasim, ὁ υἱός, id est « ille Filius, » scilicet unicus, naturalis et æternus Patri: alioqui enim etiam Joannes Baptista, Elias et Prophetae erant filii Dei adoptivi, quibus tamen opponit et anteposit hic Christum. « Vivi, » qui ita formaliter vivit vitam divinam, increatam et beatam, ut causaliter omnibus rebus a se creatis suam vim et vigorem, ac viventibus animam et vitam inspi- ret. Ab ipso enim velut a fonte et sole vitali,

manat omnis lux et vita omnium Angelorum, hominum, animalium et plantarum. Vide dicta *Joan. i, 4*, ad illa: « In ipso erat. » Ita S. Leo, serm. *De Transfiguratione*: « D. Petrus, ait, per revelationem summi Patris, corporea superaus, et humana transcendens, vidit mentis oculis Filium Dei vivi, et confessus est gloriam Deitatis. » Sic et S. Chrysostomus, Hilarius, Theophylactus, Euthymius, S. Augustinus, serm. 33 *De Verbis Apostoli*, et S. Athanasius, serm. 3 *Contra Arianos*, et alii passim, qui ex hoc loco probant divinitatem Christi. Perperam ergo Erasmus censet illam ex hoc loco non posse clare probari; nimirum ipse hic et alibi jecit semina Arianismi, quæ ejus sequaces excluderunt.

Porro S. Hilarius, S. Chrysostomus et alii censent S. Petrum primo omnium confessum esse Christi divinitatem. Alii id negant, dicentes Nathanaelem ante Petrum eandem esse confessum, dicendo: « Rabbi, tu es Filius Dei, Rex Israel, » *Joan. i, 49*, de quo ibidem dicendum. Sane Apostolos ante hæc Petri confessionem agnovisse Christum esse Deum ex ipsis ejus verbis, et tot tantisque miraculis ad hoc probandum factis, liquet ex verbis Petri, *Joan. vi, 69*: « Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, et nos credidimus et cognovimus, quia tu es Christus Filius Dei; » et ex verbis ipsorum Apostolorum: « Vere Filius Dei es, » *Matth. xiv, 33*; et ex continua Christi cum Judæis hæc de eorum Apostolis disputatione, quam recensent S. Joannes, cap. v et seq. Verum Apostoli, uti erant adhuc rudes, conceptum valde tenent et confusum hæc de re in mente sibi formabant, credebantque in genere Christum vere esse Filium Dei præ aliis Prophetis, imo esse Deum; sed qua ratione id esset, an per generationem æternam, an per alium modum vel denominationem, ignorabant, et distincte concipere explicareque non poterant. Petrus autem id distincte, clare et sublimiter ad Deum illuminatus agnovit, et primus hæc de re interrogatus palam, constanter ipsum confessus et professus est hoc loco, quod scilicet Christus proprie esset Filius Dei, id est per generationem æternam genitus a Deo Patre, ideoque illi consubstantialis, ac verus æternusque Deus. Exegit hæc de se fidem Christum a Petro et Apostolis (Apostoli enim tacendo approbaverunt confessionem Petri, taciteque idem professi sunt), tum quia ipsa est fundamentum justificationis nostræ, tum quia instabant Christo passio et mors, in qua necesse erat Apostolos hæc fide divinitatis Christi sustentari, ne ipso et ortu putarent fidem et cætera omnia cum ipso esse mortua, ut patet vers. 21 et sequent.

17. RESPONDENS AUTEM JESUS, DIXIT EI: BEATUS ES, SIMON BAR-JONA, QUIA CARO ET SANGUIS NON REVELAVIT TIBI, SED PATER MEUS, QUI IN CŒLIS EST. — *g. d.* Beatus et felix es, o Petre, ob hanc novam de me fidem; hæc enim ingens est bo-

Petrus pro cæteris utpote sapientior et ferventior et cæteri jam citati, scilicet quod Petrus quasi jam designatus, et post resurrectionem reipsa constitutus princeps Apostolorum et totius Ecclesiæ, altius præ aliis edoctus et inspiratus a Deo cognoverit Christi divinitatem, ac de ea responderit id quod alii omnes respondere debuissent, quodque ipse responsurus putabat ferventius, quam verius, ut colligitur ex Joan. vi, 69 et seq. Id liquet ex eo, quod soli Petro ob meritum hujus confessionis, Christus promittit amplissimum præmium et prerogativam; ait enim ipsi nominatim præ cæteris Apostolis: « Beatus es, Simon Bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. »

Græcè ὁ Χριστός, id est ille Christus, scilicet Messias a Deo ante tot sæcula Adæ, Abrahæ, Mosi et Davidi promissus, quem omnes Patriarchæ et Prophetae avidissime expectarunt, hodieque omnes expectant. Tu, inquam, es Christus sive Messias, id est unctus a Deo unctione gratiæ unionis hypostaticæ cum Verbo, ac hoc ipse consecratus summus orbis Doctor, Pontifex, Propheta et Rex: Doctor, ut doceas homines Dei voluntatem et legem; Pontifex, ut te in sacrificio Deo offerendo, mundum Deo reconcilies; Propheta, ut arcana Dei enunties, et futura prædices, ac præsertim reposita in cœlis piis præmia et in gehenna impiis supplicia prædices, cunctisque inculces; Rex, ut domineris cœlo et terræ, omnibusque qua in eis sunt.

An Petrus primus confessus sit Christum esse Deum.

num et donum, non carnis et sanguinis, id est nature, sed gratie Dei tibi idipsum inspirantis et revelantis; fides enim hæc est initium et basis omnis gratie et glorie, ideoque hæc te et multos per te tuumque exemplum et prædicationem ducet ad beatitudinem æternam. Beatitudo enim vice consistit in fide et amore Christi; beatitudo vero patrie in ejusdem visione et fruitione, juxta illud, Joan. XVII, 2: « Hæc est autem vita æterna, ut cognoscatur te solum Deum verum, et quem misisti, Jesum Christum » Hinc Synodus Ephesina, actione in: « Ter beatissimus, inquit, et omni laude dignus Petrus Apostolus, qui est petra et crepidio Catholice Ecclesie, et rectæ fidei fundamentum, » Hinc et inolevit consuetudo fidelium, ut Pontifici loquentes dicant: « Beatissime Pater. » Unde S. Hieronymus ad Damasum Pontificem: « Ego, inquit, beatitudini tue, hoc est cathedra Petri consocior. »

Lab. Pa-
pæ dis-
tinctio, Be-
atissimo
Pater.

Petri pa-
ter voca-
batur
Joannes,
cuius Jo-
nas.

Noel no-
men con-
trahitur
et Emma-
nuel.

SIMON BAR-JONA. — Id est filius Jona. Pater enim Simonis Petri vocabatur *Johanna*, id est *Johannes*, ut patet Joan. XXI, 15, id est *Deus donavit vel Deus misertus est*, aut *Dei donum*, gratia et misericordia, a *נח* id est *quod est contractum Jehova*, id est *Deus*, et *מנחם* id est *misertus est*, donavit. Fuit ergo Petrus filius *Johanna*, vel *Johannis*, id est gratie Dei, quia Deo gratissimus et gratia ejus plenissimus: sicut Gentiles eum, qui donis omnibus erat cumulatus, vocabant filium gratiarum. Porro, per crasin pro *Johanna* dicitur *Jona*, quod proprie columbam significat. Sic *Emmanuel* contrahitur in *Mamei* et *Noel*. Sic *Jessaihu*, *Sermiahu*, *Eliahu*, similique Hebraica nomina contrahuntur in *Isaias*, *Jeremias*, *Elias*. Sic pro *Joannes* Germani contracte dicunt *Hans*, Belgæ *Jan*, Hispani *Juan*, Franci *Jean*. Nisi malis *Johannan* et *Jona* esse duo nomina inter se diversa: differunt enim tam voce, quam significatione; sed ita ut *Jona* alludat ad *Johannan*, et occasione *Johannan* inditum sit *Petro*, sic ut pater Petri fuerit *Simonis*, priusque dictus sit *Johannan*, deinde brevioris pronuntiationis causa quasi alio vel alienato nomine dictus sit *Jona*. Sic enim plura nomina deflexa et decurtata sunt, ut alia plane esse videantur. Notat S. Chrysostomus Christum Simonem addere: « Barjona, » non solum more Hebræorum, qui filii semper addunt nomen patri; sed ob peculiarem respectum ad responsum Petri, quasi eam confirmet Christus dicatque: Vere dixisti, o Petre, me esse Filium Dei, quia sicut tu es *Bar-Jona*, id est filius *Jona*, utpote æque naturaliter quoad substantiam genitus quasi homo ab homine, sic ego sum Filius Dei Patris, utpote ab æterno naturaliter ab eo generatus quasi Deus de Deo, ejusdem cum illo substantie et deitatis.

Symbol.

Symbolice: *Jona*, id est *columba*, symbolum est Spiritus Sancti, qui in specie columbæ in Christum devolvit, *Math.* III, 16; hic enim in Petrum quoque descendit, eique revelavit Chris-

tum esse vere et proprie Filium Dei. Ita S. Hieronymus: « Ex confessione, ait, Petrus sortitur vocabulum quod revelationem ex Spiritu Sancto habent, cujus est filius appellandus sit. Siguidem Bar-Jona in lingua nostra sonat filium columbæ. » Quia caro et sanguis non revelavit tibi, id est carnales parentes, amici et quivis homines, qui carne et sanguine constant, non revelavit tibi me esse Filium Dei, utpote quod omnem naturam et naturalem cognitionem omnium hominum et Angelorum longe transcendit, sed Pater meus celestis suæ gratiæ illustratione id tibi revelavit: « Quod caro et sanguis revelare non potuit, Spiritus Sancti gratia revelatum est, » ait S. Hieronymus. Sic caro sumitur pro homine carne synecdochice, *Galat.* I, 16; *Joan.* I, 13 et *I Corinth.* XV, 50. S. Hilarius vero per carnem accipit carnes Petri oculos: hi enim nuntiabant Petro Christum esse hominem, eum vero esse Deum, non nisi revelatio Patris illi intimavit. Licet enim Petrus exterius audiret verba Christi dicentis se esse Filium Dei, idque per miracula confirmantis, tamen ad credendum opus fuit interna Spiritus Sancti illuminatione et gratia.

18. ET EGO DICO TIBI: QUIA (QUOD) TU ES PETRUS, ET SUPER HANC PETRAM ÆDIFICABO ECCLESIAM MEAM. — « Et ego, » *אני*, id est, *sed et ego*, vel *ego autem* loco mercedis tibi rependo, et vicissim dico promittoque; nam, ut ait S. Hieronymus, « testimonio de se Apostoli reddidit vicem. Petrus dixerat: Tu es Christus, Filius Dei vivi; mercedem recepit vera confessio, scilicet hanc: Tu es Petrus. » Ego ergo, qui sum verus Dei Filius, uti professus es, tanquam Dei Filius tibi dico, et certo assevero; ac dicendo facio et consulto te Petrum, ut scilicet post me sis petra Ecclesie. Christus promiserat hoc nomen Simoni, *Joan.* I, 42, dicens: « Tu vocaberis Cephass, quod interpretatur Petrus; » hic vero promissum præstat, ac reipsa ei nomen *Petrus* indit. Rursum S. Leo, serm. 3 in *Annivers. Assumptionis sue*, sic explicat: « Et ego dico tibi, hoc est, sicut meus Pater tibi manifestavit divinitatem meam, ita et ego notam facio tibi excellentiam tuam, quia tu es Petrus, id est, cum ego sim inviolabilis petra, etc., tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, ut que mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. »

TU ES PETRUS, ET SUPER HANC PETRAM ÆDIFICABO ECCLESIAM MEAM. — Sensus est, *q. d.* Tu es Petrus, id est petra Ecclesie: super te enim quasi super petram firmissimam ædificabo Ecclesiam meam; et enim et dat causam cur sit *Petrus*, *q. d.* Tu es Petrus, quia super te quasi petram ædificabo Ecclesiam meam. S. Augustinus, tract. 27 in *Joannem*, et lib. I *Retract.*, cap. 1: « Super hanc petram, » hoc est, inquit, super meipsum, quia « petra erat Christus, » I *Corinth.*, x 4. Quod aride sequitur Calvinus, lib. IV *Institut.*, cap. VI, § 6, et hæretici, ut Petri et Pape auctoritatem

et primatum evertant. Verum ipsum Petrum hic dici petram, reliqui omnes Patres quasi universim conspirant, quos fuse citat hic Calvinomastix Maldonatus et Bellarminus, lib. I *De Romano Pontif.*, cap. x. Sensus ergo est, *q. d.* Tu es *Kepha*, sive *Cephas*, id est petra, sive saxum durissimum, et firmissima cautes (hanc enim significat Hebr. *כף* *keph*, et Chaldeeum *Syruncum* *כפה* *kepha*) a me designata et destinata, ut post mortem meam, recepto in Pentecoste Spiritu Sancto, plane solidata et corroborata sis fundamentum Ecclesie, quam super te ædificabo: nam ante adventum Spiritus Sancti Petrus necdum petra erat Ecclesie, imo Christum in passione ex timore negavit. Vox ergo Petri et petra notat S. Petri quasi principis Ecclesie, et successorum ejus Pontificum soliditatem et constantiam in fide et religione Christi, uti inter alios docet Angelus Caninius, in *Nomin. Heb. novi Testamenti*, cap. XII, 4.

Porro, Petrum hic vocari petram probatur: Primo, ex pronomine *hanc*, cum ait: « Super hanc petram; » hoc enim, cum sit demonstrativum, sic intelligi debet, *hanc* scilicet, quam jam dixi, et cui loquor, *q. d.* Tu es Petrus, id est petra Ecclesie, et super te quasi super petram ædificabo Ecclesiam meam. Nullius enim alterius petra facta est mentio, quam demonstrare possit nomen *hanc*, nisi Petri; secus est I *Corinth.* x; ibi enim dicitur: « Bibeant de spiritali consequente eos petra: petra autem erat Christus, præsentis enim vox « petra, » quam explicans ait eam fuisse, typice scilicet, id est representasse Christum; sicut si Gallicie locutus fuisset Christus, dixisset: « Tu es Pierre, et sur cette pierre je bâtirai mon Eglise. »

Dices: Christus non dicit: Tu es *Petra*, sed: Tu es *Petrus*, ergo pronomen *hanc* nequit referre Petrum. Respondeo Christum Syriace locutum dixisse: Tu es *kepha*, et super *hanc kepha* ædificabo, etc. *Kepha* enim dicitur petra, et inde Petrus Syriace dicitur *kepha*. Verum Græcus Interpres, eumque secutus Latinus, nomen ei quasi viri dederunt masculinum, scilicet Petrus, potius quam petra, quod est femininum; sed *ἵερος* Græce æque ac *ἵερα*, petram sive lapidem significat. Petrus ergo idem est quod petra, sed interpres elegantiam causa variavit, vertitque: « Tu es Petrus, et super *hanc petram*, » non *super hanc Petram* (uti vero et proprio sensu dicere potuisset), tum quia petra usitatus lapidem vel saxum, quam Petrus significat Græcis; tum quia domus proprie ædificantur super saxa, non super homines. Fatetur id Beza hic: « Dominus, ait, Syriace loquens, nulla usus est agnominatio, sed utrobique dixit *Cepha*: quemadmodum et vernaculum nomen *Pierre*, tam de proprio, quam de appellativo dicitur. In Græco quoque sermone *ἵερος* et *ἵερα*, non *πετρος*, sed terminatione tantum differunt, » hincisque recte, sed perperam quod subdit: « Sed videtur Matthæus aut si quis ejus

fuit interpres) hoc terminationis discrimine voluisse Petrum (qui pars est ædificii) ab ipsa petra, cui innititur ædificium, id est a Christo ipso distinguere, ipsumque adeo Petrum a fidei promissione, quæ toti Ecclesie est communis, quod veteres etiam aperte testantur, ut p.ane sit ridiculus Antichristus (ita vocat hereticus Romanum Pontificem), cum ex hoc loco tyrana aidea suam stabilitatem conatur. » Quam hoc petra lateri et falso dicit, videt et disce ex locis ipsis originalibus Petrum, quos citat Bellarminus et Maldonatus, ut dixi. Rursus Interpreti preferendus est ipse Scripturæ textus, nec aliud voluit Interpres Græcus, quam quod ipse Syriace textus, uti paulo ante dixi. Mitto alia plura, que jam ex dictis vel mox dicendis falsa esse constabit.

Secundo, idipsum patet ex eo quod nulla sit connexio dicere: « Tu es Petrus, et super me petram ædificabo Ecclesiam meam. » Imo est immittunt sermonis et beneficii dati versio. Diceret enim Christo Petrus: Ego sum Petrus, id est petra Ecclesie: quomodo ergo non super me, sed super te ædificas Ecclesiam tuam?

Tertio, quia omnia antecedentia et sequentia non nisi Petrum spectant et respiciunt: « Et ego, inquit, dico tibi, » o Petre, hoc est tanta fidei et confessionis præmium, et prærogativam tibi do et assigno, ut post me meamque mortem et resurrectionem te facturus sim petram et fundamentum Ecclesie; hoc enim significat « ædificabo Ecclesiam meam. »

Quarto, quia versiones originales et orientales non nisi Petrum spectant et respiciunt: « Et ego, inquit, dico tibi, » o Petre, hoc est tanta fidei et confessionis præmium, et prærogativam tibi do et assigno, ut post me meamque mortem et resurrectionem te facturus sim petram et fundamentum Ecclesie; hoc enim significat « ædificabo Ecclesiam meam. »

Quinto, quia versiones originales et orientales non nisi Petrum spectant et respiciunt: « Et ego, inquit, dico tibi, » o Petre, hoc est tanta fidei et confessionis præmium, et prærogativam tibi do et assigno, ut post me meamque mortem et resurrectionem te facturus sim petram et fundamentum Ecclesie; hoc enim significat « ædificabo Ecclesiam meam. »

Sexto, quia versiones originales et orientales non nisi Petrum spectant et respiciunt: « Et ego, inquit, dico tibi, » o Petre, hoc est tanta fidei et confessionis præmium, et prærogativam tibi do et assigno, ut post me meamque mortem et resurrectionem te facturus sim petram et fundamentum Ecclesie; hoc enim significat « ædificabo Ecclesiam meam. »

Septimo, quia versiones originales et orientales non nisi Petrum spectant et respiciunt: « Et ego, inquit, dico tibi, » o Petre, hoc est tanta fidei et confessionis præmium, et prærogativam tibi do et assigno, ut post me meamque mortem et resurrectionem te facturus sim petram et fundamentum Ecclesie; hoc enim significat « ædificabo Ecclesiam meam. »

Octavo, quia versiones originales et orientales non nisi Petrum spectant et respiciunt: « Et ego, inquit, dico tibi, » o Petre, hoc est tanta fidei et confessionis præmium, et prærogativam tibi do et assigno, ut post me meamque mortem et resurrectionem te facturus sim petram et fundamentum Ecclesie; hoc enim significat « ædificabo Ecclesiam meam. »

Nonno, quia versiones originales et orientales non nisi Petrum spectant et respiciunt: « Et ego, inquit, dico tibi, » o Petre, hoc est tanta fidei et confessionis præmium, et prærogativam tibi do et assigno, ut post me meamque mortem et resurrectionem te facturus sim petram et fundamentum Ecclesie; hoc enim significat « ædificabo Ecclesiam meam. »

Decimo, quia versiones originales et orientales non nisi Petrum spectant et respiciunt: « Et ego, inquit, dico tibi, » o Petre, hoc est tanta fidei et confessionis præmium, et prærogativam tibi do et assigno, ut post me meamque mortem et resurrectionem te facturus sim petram et fundamentum Ecclesie; hoc enim significat « ædificabo Ecclesiam meam. »

Unde idem quod Petrus; unde idem nomen *Kepha* dant Petrus et Petrus; Christus ergo, inquit Angelus Caninius, in *Nomin. Hebraicis novi Testamenti*, cap. XII, dicit: « *אנת כפה* *Ant kepha*, *והו קפתי* *hadden ebne iat tsibburi*; vel ut jam habet Evangelium Syriacum: *Ant hu khipha*, *Vel hada khipha ebne leidi*, id est *Tu es Cepha*, id est petra, et super *hanc Cepha*, id est petram (hoc est super te, qui es Petrus sive petra), *ædificabo Ecclesiam meam*. Quin et Evangelium Hebraicum, quod quasi authenticum et autographum Matthæi edidit Sebastianus Munsterus, simili modo habet: *אנת כפה-אני ועל כפה זו אבנה בית קפתי* *Anta kepha*, *Vel kepha hazot ebne eth macheli*. Sic et Evangelium Armenorum: *Ibim*, inquit « vera ais bim, id est, es rupes, et super hanc rupem ædificabo, etc. Et Evangelium Arabicum: *Ant alsachra*, *va ala hada alsachra abni batati*: Tu es saxum, et super illo saxo ædificabo Ecclesiam meam. Ethiopium Evangelium habet: *Anto quogh va dibasati*, *quogh anessa lebteia Christianei*, id est: Tu es rupes, et super hanc rupem fabricabo domum Christianam, id est Ecclesiam. Egyptianum vero Copticum: *Ego vero dico tibi, quia tu es hic Petrus, fundabo Ecclesiam meam super hanc petram*, quam non alia est, quam hic

Petrus, alioqui non est connexio : dat enim causam *quod quia*, cur super petram fundabit Ecclesiam, quia scilicet Petrus erit petra solida, cui secure tota Ecclesia quasi fundamento firmo fundata incumbat. Persivum autem : *Ego dico tibi, quia tu es sanax*, id est petra, et super hanc sanax, id est petram, edificabo Ecclesiam meam. Porro, paraphrasos Persivus sanax, id est petram explicat, addens : *Tu es petra, id est fundamentum et iudex*. Vido Petrum Victorem in *Annotat. ad novum Testamentum*, pag. 401 et 402, ubi omnes hasce versiones fuse enarrat.

Ad S. Augustinum respondetur ipsum deceptum fuisse ignorantie lingue Hebraice et Syriacae, ideoque putasse Petrum aliud esse a petra, et ab ea denominative dici quasi Petreum, cum ex Syro constet idem esse Petrus quod petra. Rursus S. Augustinus admittit ut probabilem eorum expositionem, qui dicunt Petrum esse petram Ecclesiae, quo jugulat Calvinum, qui censet id dicere esse blasphemiam in Christum. Audi S. Augustinum, in serm. *De Cathedra Petri* : « Denique pro soliditate devotionis Ecclesiarum petra dicitur ; sicut ait Dominus : Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Petra enim dicitur, eo quod primus nationibus fidei fundamenta posuerit, et tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem molemque continet. Petra ergo pro devotione Petrus dicitur, et petra pro virtute Dominus nuncupatur ; sicut ait Apostolus : Bibebant de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus ; recte consortium meretur nominis, qui consortium meretur et operis. Petrus fundamentum ponit, Petrus plantat, Dominus incrementum dat, Dominus irriguum subministrat. » Idem Augustinus, serm. *16 De Sanctis* : « Dignus certe, inquit, qui edificandis Dei populis Petrus esset ad fundamentum, columna ad sustentaculum, clavis ad regnum. »

Denique, etiamsi admitteretur illa expositio S. Augustini, quae tamen non est genuina, nimirum petram denotare Christum, tamen inde vincinetur Petrum post Christum, qui est petra et lapis angularis Ecclesiae, proximam esse petram fundamentalem Ecclesiae. Sensus enim esset : Ego sum petra, super quam edificabo Ecclesiam : tu vero, o Petre, mihi es proximus et proxima petra Ecclesiae, super quam proximè post me edificabo Ecclesiam meam, ideoque te solum voco Petrum, cum antea vocaveris Simoa. Eisdem argumentis refelluntur Centuriatores Magdeburg., lib. I *Cent.* I, cap. IV, et Genevesis ministri, qui in suis Bibliis sic exponunt : « Super hanc petram, » id est super hanc confessionem vel fidem, scilicet quod ego sim Filius Dei. Nusquam enim antea hæc confessio vocata est Petrus, sicut Petrus immediate ante vocatus est Cephas, id est petra.

Dices : Nonnulli Patres per petram accipiunt fidem, quam confessus et professus est Petrus.

Ita S. Chrysostomus, S. Hilarius, lib. VI *De Trinit.* ; S. Cyrillus, lib. IV *De Trinit.* ; S. Ambrosius, lib. VI in *Lucam*, cap. IX. Respondeo : Hi patres fidem non abstracte accipiunt, sed fidem prout erant in Petro, ac consequenter ipsum Petrum faciunt petram Ecclesiae, uti ipsi mox discrete explicant. Volunt enim dicere Petrum ob meritum fidei accepisse dignitatem petrae in Ecclesia, uti expresso ait S. Hilarius et S. Chrysostomus ; ob illam enim meruisse, ut ipse sit fundamentum Ecclesiae, ejusque fides deficere nequeat, ut ipse alios in fide confirmet et sustentet, *Lucæ XXII, 32*. Ecclesia enim non ex fide, sed ex ipsis hominibus fidelibus quasi partibus conflatur et integratur (Ecclesia enim non est aliud, quam cæcus fidelium) ; quare et ipsum Ecclesiae caput, ut sit corpori homogeneum, homo fidelis, puta Petrus, et Pontifex sit oportet. Fides ergo est ratio fundandi, fundamentum vero est ipse Petrus. Ita S. Chrysostomus, Cyrillus, lib. IV *De Trinit.* ; et S. Ambrosius, lib. VI in *Lucam*, cap. IX ; Bellarminus, lib. I *De Pontif.*, cap. X, ubi pariter refellit Erasmus et Chytraem, qui, ex Origene more suo allegorizante, per petram accipiunt omnes fideles. Sic enim tota Ecclesia esset petra, tota enim Ecclesia non aliis constat, quam fidelibus ; ubi ergo erunt parietes, tabulata et tectum Ecclesiae ? Ex quibus illa edificabuntur ? Vide et Grelserum in *Defensione Bellarmini*, lib. III, cap. V.

Denique Christus hoc tribuit Petro, ut Pontifici futuro Ecclesiae : quare idem tribuit cæteris Pontificibus ejus successoribus, id est in bonum Ecclesiae, ut scilicet illa ab eis quasi a Petra, in fide et religione Christiana solidetur. Quocirca S. Bernardus, lib. II *De Consider. ad Eugenium Pontificem* : « Quis es ? inquit, Sacerdos magnus, summus Pontifex. Tu princeps Episcoporum, tu hæres Apostolorum ; tu primatu Abel, gubernata Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Tu es cui claves tradite, cui oves credite sunt. »

ET SUPER HANC PETRAM. — Hinc patet quod sicut *Cephas* dicitur a *Cepha*, sic Petrus dicitur a petra, imo idem esse quod petra, ut jam ostendi. Quare quod Optatus Milevitanus, lib. I *Contra Parmen.*, et alii *Cephas* derivant a Græco κεφαλή, id est caput, per allusionem congruam, non per veram nominis etymologiam est factum. Simili allusione S. Gregorius Nazianzenus, orat. 2 *De Pascha*. Phase sive Pascha, quæ Hebræa est vox, ut omnes norunt ex *Exodi* cap. XII, derivat a Græco πᾶσχα, id est pati. In Paschate enim contigit passio Christi, ejusque quasi agni Paschalis immolatio. Porro, Christus hoc nomen petrae, præ aliis nominibus columnæ, turris, anchoræ, basis, etc., Petro indidit, quia ipsius Christi nomen in Scriptura decantatum est petra, *Isaia XXVIII, 16* ; *Psal. CXVII, 22* ; *Matth.* XXI, 42, et alibi : nomen ergo suum cum dignitate et officio Petro communicavit. Ita

Tituli Pontificis.

S. Petrus fundam. mentum petrae Ecclesiae.

S. Hieronymus. Et S. Gregorius in *vi Psalm.* *gentil.* : « Christus, ait, est petra, a qua Petrus nomen accepit et super quam se edificaturum dixit. » Audi S. Leonem, serm. 3 in *Annivers. Assumpt. suæ*, qui Christum ita ad Petrum loquentem inducit : « Cum ego sim petra, ego lapis angularis, qui facio utraque unum, ego fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere : tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, ut quæ mihi potestate sunt propria, tua sint mecum participatione communia : et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam ; super hanc, inquit, fortitudinem eternam extruam templum, » etc.

EDIFICABO ECCLESIAM MEAM. — *q. d.* Ideo voco te Petrum et petram, quia sicut super petram edificabo domus, ut illi innixa sit firma et immobilis contra omnes ventorum flatus ; sic ego super te, Petre, quasi super petram firmissimam edificabo Ecclesiam meam, ut tibi innixa firma consistat contra omnes hæreticorum et impiorum insultus, utque tu eam in vera fide et cultu Dei contineas et sustentas, sicut petra quasi fundamentum sustinet et continet totam domum in ea edificatam. Ita S. Ambrosius, serm. 4 : « Petra, ait, dicitur Petrus, eo quod tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem molemque sustinet. »

Dices : Fundamentum Ecclesiae sunt omnes Apostoli, ut patet *Ephes. II, 20*, et *Apoc. XXI, 14*. Ergo non solus Petrus est petra Ecclesiae. Respondeo Petrum esse petram et fundamentum totius Ecclesiae omniumque omnino fidelium, adeoque ipsorum Apostolorum : Petri enim quasi primatis et principis erat Apostolos in fide, religione et officio continere, dirigere, firmare et, sicuti errarent, corrigere. Unde S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovin.* : « Propterea, ait, inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto schismatis tolleretur occasio. » Et S. Cyprianus, tract. *De Unitate Ecclesiae* : « Primatus, ait, Petro datur, ut una Christi Ecclesia et cathedra una monstretur. »

Nota primo, Christus hic duabus metaphoris promittit, ut ait S. Hieronymus, Petro Ecclesiae principatum dandum illi post suam mortem ac resurrectionem, *Joan. XXI, 16*, cum illi dixit : « Pæce oves meas. » Prima metaphora est fundamenti, sive petrae fundamentalis : quod enim in edificio est petra et fundamentum, hoc in corpore est caput, in civitate rector, in regno rex, in Ecclesia pontifex. Secunda est clavium : claves enim non nisi regibus vel gubernatoribus dantur

Nota secundo, edificare Ecclesiam super hanc petram, duo significat : primo, huic lapidi rationali, scilicet Petro quasi capiti omnium Apostolorum et totius Ecclesiae curam et regimen pro tempore post Christum incumbere : ita S. Chrysostomus, hom. 33 ; S. Ambrosius, serm. 47 ; S. Gregorius, lib. IV, *epist. 32* ; secundo, Ecclesiam Petro, ut vicarius est Christi, velut fundamentum imitti et soldari, ut in fide errare non possit. Unde

Petrus, propter tam sublimem fidei confessionem, meruit a Christo fieri et institui hæc petra fundamentalis. Et hoc tantum voluit S. Hilarius, Chrysostomus, Cyrillus et Nyssenus, in fine libri *Contra Judæos*, cum dicitur Ecclesiam a Christo edificatam esse super fidem et confessionem Petri, ut superius exposui. Porro, S. Chrysostomus hic urget *quod edificabo*, atque simile esse illi : « dixit Deus, » *Genes. I*, quo omnia creata sunt et subsistunt. Similiter enim, ait, *quod edificabo* omnia operatus est, etiam tyranni oppugnantibus, militibus arma moventibus, populis insipientibus, oblectante consuetudine. Sermo enim Dei velut ignis validus adveniens spinas consumpsit, agros repurgavit, solum præparavit, edificum in altum eduxit, etc. Quocirca S. Hieronymus, *epist. 37*, dum consultit Damasum Pontificem, an in SS. Trinitate dicende sint tres hypostases, an una duntaxat ? sic ei loquitur : « Cum successore piscatoris et discipulo crucis loquor. Ego nullum primum, nisi Christum sequens, Beatitudini Tuæ, hoc est cathedra Petri communionem consocior, super illam petram edificatam Ecclesiam scio. Quomocum extra hanc domum agnam comederit, profanus est : si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio. »

ET PORTE INFERI NON PREVALEBUNT ADVERSUS EAM. — Ecclesiam scilicet, quia hæc fundata est in Petro ejusque successoribus, quasi in petra firmissima.

PORTE INFERI, — Id est civitas inferorum, puta totus infernus cum omni suo demonum exercitu, cumque omni potentia regis sui Luciferi : hæc enim opponit civitati suæ et Dei, scilicet Ecclesiae. Unde S. Augustinus scripsit libros *De Civitate Dei*, in quorum initio duas constituit civitates sibi oppositas : unam Dei, quæ est Ecclesia ; alteram diaboli, id est demonum et impiorum. Maxime tamen per portas inferi intelligit hæreses et hæresarchas : hi enim fidem Petri et Ecclesiae ex professo oppugnant, prodeuntque ex inferno, et suscitantur a diabolo. Ita S. Epiphanius in *Anacrotis*, non longe post initium. Hæc synecdoche et metonymia ; per portas enim intelligit totam urbem, tum quia per portam est ingressus in urbem, tum quia monumenta et robur præcipuum civitatis solet esse in portis ; unde iis murisque vicinis salvæ salva est urbs, iis captis capta est urbs.

NON PREVALEBUNT. — Heb. *לו יקרלו לה* *tu- chelu la*, id est non poterunt, et Ecclesiae scilicet resistere. Ita S. Hilarius et Maldonatus. Simplicius, « non prevalebunt, » id est non vincient, non superabunt, non evertent Ecclesiam. Hoc enim est Græcum *ὁ καταρτισθησων οὐδὲν*. Est miosis ; parum enim dicitur, sed plus significatur, nimirum quod Ecclesia adeo non vincetur, ut ipsa vincat, sibi que subjeget omnes hæreticos, tyrannos cæterosque hostes, uti debellavit Arianos, Nestorianos, Pelagianos, Neronem, Decium,

Ecclesia superabitur.

modum solutionis duntaxat, qua poenas, quas illi debent, ex thesauro Ecclesie, puta ex penis Christi et Sanctorum Deo exsolvat; sive etiam (as det per modum juridice absolutiois, absolvendo eos a penis, quas debent, uti volunt nonnulli cum Michaele Medina.

Dices, quomodo ergo hic dicitur «super terram?» nam qui sunt in purgatorio, sunt sub terra, non super terram. Respondetur primo, «super terram» referendum esse ad «Nigaveris et solveris, puta ad Petrum ligantem et solventem; non vero ad res vel homines ligandos et solventes, q. d. Quidquid tu, o Petre, existens super terram ligaveris vel solveris, hoc Deus ratum habebit, censebitque ligatum vel solum in celo. Opponit enim iudicium Petri in terra iudicium Dei in celo: nam aliqui in celo nulla est res liganda vel solvenda; sicut ergo «in celo» referendum est ad Deum ligantem vel solventem, non ad rem ligatam vel solutam, sicut et «super terram» quod illi opponitur, referendum est ad Petrum ligantem vel solventem, non ad rem ligatam vel solutam. Ne quis enim Petri iudicium velut terrestre contemneret, Christus asseverat idem esse iudicium celeste Dei, quodque, ut ait S. Chrysostomus, «quamvis Petrus homo sit mortalis, celesti tamen polleat potestate,» ut quod ipse iudicavit in terris, Deus idem iudicaturus sit in cœlis. Iudicium enim Dei sequitur præiudicium Petri: ejus enim præiudicatum sententiam Deus non revocat, sed ut suam approbat et confirmat. Unde exclamatur S. Hilarius: «O beatus cœli Janitor, cujus arbitrio claves æterni aditus traduntur, cujus terrestre iudicium præiudicata auctoritas sit in celo.»

Secundo, potest tamen «super terram» referri quoque ad res, puta ad homines ligandos vel solventes, ut verba Christi completum habeant sensum; sed tunc «super terram» comprehendit quoque eos qui sunt in terra, vel sub terra: opponitur enim «in celo,» quia Græcum est, et Latinum super, ac Hebræum *supra* ample accipitur; unde hic potest accipi pro *in*, hinc Syrus verit, *in terra*. Sic enim directe opponitur solutio in terra Petri solutioni Dei in celo. Simili modo Græci dicunt, *ἐπὶ τῆς γῆς*, id est, in peregrina terra esse. Aliter Salmeron: Mortui, inquit, quoad aliquid sui, scilicet quoad famam et corpus, sunt super terram: unde in his a Pontifice plecti possunt super terram. Verum non tantum corpus, sed et anima eorum, que est sub terra, a Pontifice ligari vel solvi potest, uti paulo ante ostendi. Porro Gelasius Pontifex, XXIV, *Quæst. II*, cap. II *Igitur*, ex hisce Christi verbis probat eum qui in excommunicatione est defunctus, non posse ab Ecclesia, id est a Pontifice absolvi. Unde videtur proprie «super terram» accipere; sed loquitur de perveraci, qui in contumacia sua obiit, hic enim, utpote impenitens, abolvinequit, quia incapax est absolutiois. Talis

ergo absolvi nequit, nisi vivens super terram poenituerit, seseque converterit. Quare in tali proprie accipiendum est «super,» cum ait «super terram.» Et sic universum verum est, Pontificem non posse quem sub terra ligare vel absolvi, nisi eum qui, dum vivit super terram, meruerit ligari vel absolvi, ac ligatione dignum, vel absolutiois capacem se fecerit.

Denique verius est Pontificem juridice duntaxat viventes in terra ligare et solvere, non vero mortuos. Dat ergo ipse indulgentias defunctis, non per modum juridice absolutiois, quia defuncti illi amplius non sunt subditi, sed «per modum suffragii,» ut ipse diserte in bullis solet exprimere, solvendo scilicet pro illis tantum ex thesauro Ecclesie, cujus ipse est dispensator, quantum penarum defuncti Deo debent. Hic enim thesaurus est super terram, estque in manu et potestate Pontificis. Ita sentiunt S. Thomas, Bonaventura, Alensis, Gabriel, Major, Richardus, Cajetanus, D. Solo, Navarrus et Bellarminus, tract. *De Indulgentiis*, quos citat et sequitur Suarez, *De Poenitentia*, dispu't. LIII, sect. II, num. 4, et seqq., qui et addit Pontificem proprie et directe non excommunicat defunctos, nec eos ab excommunicatione abolvere, sed tantum indirecte, quia scilicet directe retat viventibus, ne pro defuncto orent, aut eis permittit ut pro eo orent; hoc ipso enim defunctos indirecte privat suffragiis Ecclesie, perinde ac si forent excommunicati; vel illa eis indulget, perinde ac si ab excommunicatione eos abolveret. Cum ergo Christus ait hic Petro: «Quaecumque solveris,» etc., per solutionem intelligitur non tantum juridica absolutio, sed etiam omnis dispensatio, favor et gratia, ex vi potestatis illius a Christo ipsi collate: at talis est hæc dispensatio thesauri Ecclesie, quem per modum suffragii Pontifex expendit et applicat defunctis. Hæc ergo, que dixi, significat «super terram.»

20. TUNC PRÆCEPIT DISCIPULIS SUI SUT NEMINI DICERENT, QUIA IPSE ESSET JESUS CHRISTUS. — Nonnulli Græci et Syrus omittunt «Jesus,» tuncque planius fluit oratio. Sciebant enim omnes ipsum vocari Iesum, sed nesciebant ipsum esse Messiam, sive Christum, verum Dei Filium. Noluit Christus Apostolos hoc alii dicere et prædicare, tum quia ipsi hæc de re necdum satis erant instructi et in ea confirmati: tum aliqui ipse Christus palam predicavit se esse Christum Filium Dei, ut patet *Joan. v* et seq., ac pro hujus veritatis confessione occisus est, martyriq; occubuit *Joan. xviii, 37*; tum quia Christus mox passurus erat, crucifigendus et occidendus a Judeis: quare Judei scandalizati fuissent, si Apostoli prædicassent ipsum esse Messiam et Deum, eisque dixissent: Abite cum Christo vestro in malam crucem, qui nos facitis Christificidas et Deicidas, ut jam Christianis dicunt Judei; quare semel abjecta fide Christi, eam, licet postea miraculis testatam, amplius

audire noluissent. Ergo expectanda fuit Christi mors, resurrectio et gloria, ut tunc prædicarent ipsum esse Messiam et Filium Dei, idque per miracula confirmarent, ac sic rem tantam populo persuaderent, uti fecerunt in Pentecoste, *Act. II*, iuxta illud: «Propter quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum,» *Philip. II*, 9. Ita S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius. Sic et S. Hieronymus: «Tunc, aK, me prædicare, cum ista passus fuero, quia non prodest Christum publice prædicari et ejus vulgare in populis majestatem, quem post paululum flagellatum visuri sunt, et crucifigunt.» Addit S. Chrysostomus: «Quod enim melius radicatum est, et postea evulsim, si iterum plantetur, difficile retinebitur apud multos; quod autem infixum semel, est et mansurum, postea immobile facile prohibetur ad augmentum.» Hæc magis patebant ex sequentibus.

21. EXINDE COEPIT JESUS OSTENDERE DISCIPULIS, QUIA (QUOD) OPORTERET EUM IRE HIEROSOLYMAN, ET MULTA PATI A SENIORIBUS, ET SCRIBIS, ET PRINCIPIBUS SACERDOTUM, ET OCCIDI, ET TERTIA DIE RESURGERE. — «Exinde,» Græce *ἀπὸ τότε*, id est ab illo tempore, quo scilicet illis divinitatem suam patefecerat, cepit eos docere de sua passione et morte, tum ut perfectæ eos in fide instrueret: duo enim sunt fidei principia, scilicet Christi divinitas et Christi humanitas, ejusque passio et crux, per quam redemit orbem; tum ne Apostoli audientes vel videntes Christum occidi et mori, de ejus divinitate dubitarent, ait Theophylactus; tum ut ostenderet hoc esse congruum: primo, Deo Patri, ut ejus voluntati et justitiæ per peccatum Adæ et posterorum læsæ et offensæ, per Christi mortem æquo satisfaceret; secundo, Christo, quem decebat per passionem intrare in gloriam suam, *Luca xxiv, 26*; tertio, hominibus, quos Christi morte decebat redimi et instrui ad imitandum ferendamque ejus crucem.

22. ET ASSUMENS EUM PETRUS, COEPIT INCREPARE EUM. — «Assumens,» seorsim scilicet (quasi familiaris et secretus eum increpaturus ex vehementi amore, quod coram aliis non audebat) Christum retrahens. Ita S. Chrysostomus, Euthymius et S. Hieronymus, quem audi: «Qui (Petrus) non vult destrui confessionem suam (qua dixerat: Tu es Christus, Filius Dei vivi), nec putat posse fieri, ut Dei Filii occidatur; assumit eum in affectum suum, vel separatim ducit, ne presentibus ceteris discipulis videatur magistrum arguere; et cepit illum increpare amantissimè affectu, et optavit dicere: Absit a te, Domine; vel, ut melius habetur in Græco: Propitius sis tibi, Domine, non erit hoc.» «quasi necessariam, ait S. Thomas, haberet propitiationem: cujus affectum suspensius quidem Christus, ignorantiam exprobat.»

ABSIT A TE, DOMINE, NON ERIT TIBI HOC, — non accidit tibi mors tam indigna. Quis enim ferat Filium Dei crucifigi et mori? Græco est *δοξο*, id est «propitius tibi,» scilicet sis, qui sit Deus. Ita solus Septuaginta vertere Hebr. *בְּיָדֶיךָ בְּיָדֶיךָ בְּיָדֶיךָ*, id est *prohibito tibi* est, quod vulgo olim dicebant: Dii prohibeant, diti meliora. Syrus: *Parce tibi*. Loquitur Petrus ex humana prudentia et affectu, non ex divina, ex qua paulo ante dixerat: «Tu es Christus, Filius Dei vivi.» Hic ergo sibi relictus deficit, ideoque a Christo redarguitur.

23. QUI CONVERSUS DIXIT PETRO: VADE POST ME, SATANA, SCANDALUM ES MIHI (SYTUS, OFFENDICULO ES MIHI), QUIA NON SATIS EA QUE DEI SUNT, SED EA QUE HOMINUM. — S. Hilarius «vade post me,» refert ad Petrum; «vade» ad satana, scandalum es mihi,» refert non ad Petrum, sed ad diabolum, qui suggererat Petro, ut diceret: «Absit a te, Domine.» Audi eum: «Sciens enim Dominus diabolicæ artis instinctum, Petro ait: Vade retro post me, id est ut exemplum sue passionis sequatur. In eum vero, per quem opinio hæc suggereretur conversus, adjece: Satana, scandalum es mihi: non enim convenit existimare Petro satana nomen et offensionem scandali deputari, post indulla illa beatitudinis et potestatis tanta præconia. » Verum ceteri omnes «ad satana» jungunt cum «vade post me,» totumque Petro dictum arbitrantur. Ait ergo Christus Petro: «Vade post me,» id est recede a me, facesse hine, ab i conspectu meo; quia hæc in re non mihi es amicus, sed satan, id est adversarius (hoc enim significat Hebr. *שָׂטָן satan*, et sic verit Noster, *II Reg. xix, 22*, et *III Reg. v, 4*) et scandalum, id est offendiculum et impedimentum es mihi. Vis enim impedire passionem meam, et consequenter redemptionem et salutem hominum, quam per passionem meritus et procuraturus sum. Ita S. Chrysostomus, Euthymius et S. Hieronymus, quem audi: «Mox voluntatis est et Patris nt pro hominum salute moriar: tu tantum tantum considerans voluntatem, non vis granum tritici cadere in terram, ut multos afferat fructus.» «et ideo, ait D. Thomas, qui contrarius voluntati mee, debes adversarius appellari: satanas enim interpretatur adversarius, sive contrarius; non tamen, ut plerique putant, eadem satanas et Petrus sententia condemnantur: Petro enim dicitur: Vade retro me, satana, id est, sequere me; qui contrarius es voluntati mee. Ille audit: Vade satana, et non ei dicitur retro, ut subaudiatur: Vade in ignem æternum.»

Objicit Calvinus ejusque sequens: Christus hic Petrum vocat satanam. ergo paulo ante non vocavit eum petram, nec constituit eum caput Ecclesie. Respondet primo S. Hieronymus Petrum vocari satanam, id est adversarium pro present tempore, quo adversabatur Christo volenti pati et crucifigi; petrum vero constitui pro tempore

VERS. 21.
LUC. 13.
22. MAR.
VII. 31.

VERS. 22.
MARC.
TAV. 22.

VERS. 23.
MARC.
VII. 12.

QUI SCIO
SA. P.
TRUS VO
CATUS EST
SATANUS
CIC. 12.

non presentem, sed futurum, scilicet ut post mortem et resurrectionem Christi fiat petra et caput Ecclesie. *Secundo*, S. Augustinus, serm. 13 *De Verbis Domini secundum Mattheum*, et Theophylactus respondent Petrum dici beatum, et petram Ecclesie constituit, quatenus a Deo revelante illuminatus, confessus erat Christum, Filium Dei vivi, ideoque ab eo petra Ecclesie constitutus; satanam vero hic dicit, quatenus a Deo Deique decreto (quod ipse ignorabat) recedens, humanum sequatur affectum, quo volebat Christum a se ita amatum mori. Porro, Concilium Constantinopolitanum Oecum. V, in *Constitut. Vigiliis Papa*, anathema dicit illis qui in d. Christi: «Vade post me, satana,» dictum fuisse volunt ad Petrum, ne dissensione ejus animus Christi perturbatus fugeret passionem, eo quod passione sua sibi proficeret, ideoque mortem ipsius nobis eterna vite premia contulissent non credunt. Simili modo, B. Petrus Damianus, lib. I, epist. 46 *ad Alerand. II Pontificem*, Hildebrandum Cardinalem, qui postea creatus fuit Pontifex Gregorius septimus, vocat «suum sanctum satanam:» Satanam, quia sibi adversabatur, ne renuntiaret Cardinalatui, ut ad suam eremum Camaldulensem rediret; sanctum, quia id faciebat sancto fine, quia scilicet videbat Petri operam periculum fore Ecclesie.

QUA NON SAPIS (Arabicus, *non cogitas*) EA QUAE DEI SUNT, SED EA QUAE HOMINUM. — Hic est fons et causa erroris Petri et ceterorum hominum, «quia non sapis.» Graece *ὀφθαλμοί*, id est non capis, non sapis, non probas tam intellectu, quam affectu tuo, ea quae placita sunt Deo, sed quae hominibus humana suggerit prudentia, hoc est caro et sanguis. Vis enim consilere carni et vita mea, ac exinde tuae humane consolationi, contra Dei decretum, quo sapientissime decrevit mihi moriendum esse pro hominum salute. Ita homines peccant, dum ex ille carnis iudicium praeponiunt sublimi et sapientissimo Dei iudicio. Nam «animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei; stultitia enim est illi, et non potest intelligere,» 1 Cor. II, 14.

24. TUNC JESUS LIXIT DISCIPULIS SUIS: SI QUIS VULT VENIRE POST ME, ABNEGET SEMETIPSUM, ET TOLLAT CRUCEM SUAM, ET SEQUATUR ME. — Hoc pharmacum abnegationis et crucis opponit Christus amori proprio et naturali, quem Petrus erga Christum ostendat vers. 22, volens impedire ejus passionem; ideoque non solum Petrus, sed convocatis ceteris Apostolis, imo et turba, ait Marcus, cap. VIII, 24, hoc edixit, et quasi axioma Christianae scholae statuit, dicens: «Si quis vult venire, etc. q. d., ait Chrysostomus, «Tu, o Petre, Cicis mihi: Propitius esto tibi (parce vite tuae): ego autem dico tibi, quoniam non solum prohibere me a passione nocivum tibi est, sed neque salvari poteris, nisi patiaris et moriaris, et vite abrenunties semper.» Vult enim Christus stabilire quod dixerat, moriendum sibi esse ex Dei

decreto pro hominum salute, et insuper habere mortem et crucem cuique fideliter imitandam esse, si ejus asseda et discipulus haberi velit. Tria autem praecipit, ait Chrysostomus: primum est, «abneget semetipsum;» secundum, «tollat crucem;» tertium, «sequatur me.»

Si quis vult post me venire. — Non cogit Christus, nec vim infert, ait Chrysostomus, sed volentes invitat, eoque blandius et vehementius allicit trahitque. Quis enim non aveat ardeatque sequi Christum Dei Filium? Sed sicut Deus jubet omnibus hominibus, ut sequantur Christum; sic pariter jubet ut abnegationem, quam hic sancit, libere eligant et complectantur. Rursum allicit omnes Christum, dicendo: «Venite post me;» q. d. Non eritis primi in cruce, morte et martyrio. Ego dux vobis preibit; quare me praeventem sequimini duntaxat, quia ego vobis non tantum exemplo, sed et adjutorio antecedam, ac certos vos faciam de triumpho et corona, si me duntaxat sequi et gratiae meae strenue cooperari velitis. Sic Cato praefens militibus per arenas Libycae, aiebat: «Pericula vestra praesentate meo;» nihil enim jubebo, nisi quod vobis ipse fecero; nil praecipiam, nisi ejus vobis ipse dux et ductor fuero; magnus mihi est stimulus praevium ducis exemplum.

ABNEGET SEMETIPSUM, — id est abdicat a se suum iudicium et affectum humanum: hoc enim in homine vivit, quod homini charissimum est, in quo homo oblectatur et paschitur, ut illud censetur esse ipse homo. Homo est enim ille quod in homine viget et vivit. Jubet ergo, ut quisque suos affectus et amores naturales et sensuales, Dei legi et voluntati repugnantes, deponat, mortificet et resecat, ac Dei legem et voluntatem assumat, induat et per omnia sequatur. Vide dicta cap. X, 38 et 39. Dicit enim hoc Christus occasione Petri, qui per affectum naturalem erga Christum volebat ejus mortem impedire, ut eum in ipso et ceteris hominibus castiget, q. d. Si vis post me venire neque sequi, o Petre, abnega et abdicata te humanum hoc tuum de me iudicium et affectum, ut Dei, qui me pati et mori vult, decretum et voluntatem sequaris et amplectaris. Item fac in ceteris omnibus tuis iudiciis, desideris, affectibus ac nominatim in morte crucis, quam tibi Deus decrevit, ut eam amplectaris, licet natura et carnis affectus illam fugiat et exhorreat, juxta illud: «Cum esses junior cingebas te, et ambulabas ubi volebas; cum autem senueris, extendes manus tuas (in cruce), et alius cinget te, et ducet quo tu non vis,» Joan. XXI, 18. Unde Origenes «abneget semetipsum» exponit, q. d. Abneget vitam suam, capessendo mortem pro me meaque fide, uti ego capessam mortem crucis pro Deo. Pari modo quisvis fidelis «abneget semetipsum,» id est sua desideria, suas imaginationes, suos concupiscentiae pruritus, suas rationes humanas, suam

voluntatem, eamque per omnia invertat et conformet voluntati Dei: v. g. suggerit tibi visus, auditus, gustus, ut videas, audias, gustes curiosa, detractoria, delicata, ut iis te oppleas et inebries; nega eis has suas cupidines a Deo veritas, eisque dicit: Nolo ista videre, audire, sapere, quia volo Dei legem sequi, Deoque placere, non autem meis sensibus et appetitibus carnalibus satisfacere. Sic mater sapiens puero (concupiscentia enim est instar pueri, qui sensu, non ratione ducitur, ait Aristoteles in *Ethicis*) negat petenti noxia, v. g. cultrum, quem quia manu debili regere nequit, eo se lredat.

Notat S. Gregorius, hom. 32 *in Evang.*, non dicere Christum: Abneget suas opes, sed «abneget semetipsum,» ut homo abeat a se et fiat alienus a se, imo desinat esse quod erat, et incipiat esse quod non erat, fiatque quasi novus et alter homo: «Minus quippe, ait S. Gregorius, est abnegare quod habet, valde autem multum est abnegare quod est; id est, non sufficit nostra relinquere, nisi relinquamus et nos.» Objicit sibi deinde Gregorius: «Quo ibimus extra nos?» ac respondet: «Aliud sumus per peccatum lapsi, aliud per naturam conditi; aliud quod fecimus, aliud quod facti sumus. Relinquamus nosmetipsos, quales peccando nos fecimus; et maneamus nosmetipsi, quales per gratiam facti sumus. Ecce etenim, qui superbus fuit, si conversus ad Christum humilis factus est, semetipsum relinquit. Si luxuriosus quisque ad continentiam vitam mutavit, abnegavit utique quod fuit. Si avarus quisque ambire jam desinit, et largiri didicit propria, qui prius aliena rapiebat, procul dubio semetipsum reliquit. Ipse quidem est per naturam, sed non est ipse per malitiam.» Declarat idipsum exemplo Pauli: «Pensemus, inquit, quomodo se Paulus abnegaveret, qui dicebat: Vivo autem jam non ego; extinctus quippe fuerat saevus ille persecutor, et vivere coeperat pius praedicator. Vivit vero in me Christus. Ac si aperte dicat: Ego quidem a memetipso extinctus sum, quia carnaliter non vivo; sed tamen essentialiter mortuus non sum, quia in Christo spiritaliter vivo. Dicit ergo veritas, dicat: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum; quia, nisi quis a semetipso deficiat, ad eum, qui super ipsum est, non appropinquat; nec valet apprehendere quod ultra ipsum est, si nescierit mactare quod est.»

Similitudine idipsum illustrat S. Chrysostomus, hom. 36: «Si intelligis, ait quid sit alium abnegare, tunc recte percipies quid sit abnegare semetipsum. Qui alium abnegavit, si caedi eum virgis videt, si coerceri vinculis, quidquid aliud mali pati eum conspexerit, non occidit, non auxiliatur, non flecitur, nec prorsus ullo modo movetur, eum ille qui penitus ab eo alienatus est. Sic igitur nullo nos pacto corpori nostro parere vult, ut neque si caedatur, neque si pellatur, neque si uritur, neque si quid aliud hujusmodi

patitur, ei parcamus.» Addit Victor Antiochenus, in cap. vii *Marsi*: «Non dixit ille: Ne nimium indulget, aut, ne nimium carni sua pareat; sed volentibus insurgens: Abneget vel abjuret semetipsum, hoc est, nihil cum seipso vel sua carne commercii habeat, verum ita se gerat, ac si non ipse, sed alius quisquam crucem tolleret.» Ubi nota «abjuret:» sicut enim in *Magismo* abrenuntiamus Satanae et quasi eum abjuramus; sic abnegare plane, et quasi abjurare debemus nosmetipsos, id est nostras cupiditates: haec enim magis nobis nostraeque salutis sui hostes, quam sint ipsi demones; demonem enim per se horremus, sed cupiditates blanditiae sua nos decipiunt, nosque iis quasi nostris amicis gratulamur et adulamur. Majus enim periculum est ab insidiatore occulto, quam aperto. Porro, non solum Apostolis, religiosis, clericis, sacerdotibus, sed civis fidei dicit Christus, jubetque ut abneget semetipsum, id est suum sensualem nimiumque amorem erga suam carnem, suum honorem, suam uxorem, suos filios, suos cognatos, etc., eumque subjiciat Dei amori, legi et voluntati. Religiosi vero ulterius abnegare debent omnia secularia negotia, propriam voluntatem, dominium et proprietatem, ceteraque volis, et professioni religiose, et perfectioni vite adversantia, et non solum Christi legi, sed et consiliis ejus evangelicis sese conformet. Haec abnegatio debet se extendere ad ipsam vitam et mortem etiam ignominiosissimam crucis, ait S. Chrysostomus, ut illam potius subeamus, quam a Dei voluntate vel ad punctum recedamus; unde subdit: «Et tollat crucem suam.» Quocirca S. Basiliius, in *Regulis* fusiis explicatis, ad interrog. vi, abnegationem sic definit: «Abnegatio sui nihil est aliud, nisi summa rerum omnium vite superioris (in vitis exactae) obliivio, atque a sui ipsius voluntatibus recessio,» et ad Dei voluntatem accessio. Idem, ad interrogat. viii: «Perfecta, ait, renuntiatio in eo sita est, si quis id assuetum fuerit, ut de vita sua ne minimum quidem affectus sit, quamvis habeat mortis responsum.» Et inferius: «Renuntiatio nihil aliud est, quam vinculorum terrene hujus ac temporalis conversationis solutio, quae, dum nos anxius et humanam vitam comitantibus negotiis subducit, promptiores et magis idoneos reddit inducit vite ad Dei contemplationem.» In *Vita Patrum*, lib. V, libello I *De Pr. actu Patrum*, ann. 7, abbas Joannes haec dat abnegationis et vite sanctae documenta: «Esto injuriam patiens, et non irascens; pacificus, et non reddens malum pro malo; non attendens ad vitio aliorum, neque teipsum exaltans, sed esto subditus et humilior omni creatura; renuntiando omni materie corporali, et his quae secundum carnem sunt, in cruciati, in certamine, in humilitate spiritus, in jejunio, in patientia, in fletu, in fame et siti, in frigore et auditate, in laboribus, includens se

Sanctus fit aliu
a seipso
qui fiat.

Abne-
gatio
quid?

Abne-
gationis de-
finitio.

Obis.

sepulcro tanquam jam mortuus, ut videatur tibi esse proxima mors omni die. » S. Egidius, socius S. Francisci, vir valde sanctus et a Deo illuminatus, hæc abnegationis sensuum dabat paradoxa :

« Si vis bene videre, erue oculos tuos, et esto cæcus.

» Si vis bene audire, esto surdus.

» Si bene loqui, esto mutus.

» Si bene ambulare, abscinde tibi pedes.

» Si bene operari, mita tibi manus.

» Si bene amare, habeas te odio.

» Si vis bene vivere, te mortifica.

» Si bene lucrari, discas perdere.

» Si vis esse dives, esto pauper.

» Si vis esse in deliciis, afflige te.

» Si vis esse securus, semper esto in timore.

» Si vis exaltari, humilia te.

» Si vis honorari, despice te, et honora te despicientes.

» Si vis habere bonum, sustine malum.

» Si vis esse in quiete, labora.

» Si vis benedicere, desidera maledicere.

» O quam magna hæc sapientia scire hæc facere! et quia magna sunt, non omnibus data sunt. Nemo debet aliquid audire vel loqui, nisi ad utilitatem, nec ultra ullo modo procedere. »

Idem hæc dabat viam salutis et perfectionis per abnegationem :

« Si vis salvari, ne petas rationem ab humana creatura de his quæ tibi accidunt.

» Si vis salvari, salagoteseperare ab omni consolacione et honore, quæ potest tibi dare aliqua creatura.

» Væ illis, qui volunt honorari de sua malitia.

» Si quis tecum contendit, si vis vincere, perde; alioquin quando crederis te vicisse, perdidisti. »

Et mox hæc subdit antistropha :

« Si amas, amaberis.

» Si times, timeberis.

» Si servias, servietur tibi.

» Si bene te gesseris erga alios, alii se bene gerent erga te.

» Beatus qui amat, et non desiderat inde amari.

» Beatus qui servit, et non desiderat serviri. Et quia hæc magnasunt, stulti ad hæc non pertingunt.

» Tria potissimum animo tuo hæere debent : primum est, si omnem tribulationem, quæ accidit, libenter sustineas; secundum, si de omnibus, quæ facis et recipis, magis humiliter; tertium est, si fideliter diligas illa bona, quæ videri non possunt corporis oculis. » Ita habet *Historia Scripturæ relig.*, lib. 1, pag. 63. Plura vide apud Chamaum, Dorothæum et Cassianum, qui inter cetera, lib. 1 de *Instit. remon.*, cap. xxviii, narat de Thomam abbatem jam moriturum, hoc suis pœnitentiæ abnegationis exemplum et documentum dedisse : « Nunquam, ait, meam feci voluptatem, nec quæquam docui, quod prius ipse non feci. »

ET TOLLAT CRUCEM SUAM. — Sicut ego tuli meam, ut me Christum quasi primum cruciferum, et crucigerorum antesignanum ac duceum, qui crucem meam, in qua crucifigendus eram, dolens et gemens meis humeris tuli in montem Calvarie, ipse cruciger Christianus animose et alacriter sequatur assidue, usque ad mortem crucis, et inde ad gloriam paradisi; unde Lucas addit « equitidie, » ut significet omni die et sæpe omni hora aliquid molesti cuilibet occurrurum, quod patienter et fortiter tolerare oporteat, idque continue per totam vitam, ac proinde cuilibet vivendum esse in cruce et moriendum in cruce cum Christo. « Tollit crucem suam, ait S. Hieronymus, qui mundo crucifigitur; cui autem mundus crucifigitur est, sequitur Dominum crucifixum. » Crux hæc primo, est persecutio et martyrium; secundo, afflictio et tribulatio quævis a Deo inflicta; tertio, tentatio a demone immissa et a Deo ad nostram probationem, humilitatem, virtutem et coronam augendam permissa; quarto, sui abnegatio et cupiditatum mortificatio. Ita S. Hieronymus.

SUAM, — id est primo sibi propriam; cuiusque sua est enim sua propria est crux: uni ab uxore, filiis, cognatis; alteri a moribus; tertio ab æmulis; quarto ab infortuniis; quinto a paupertate; sexto ab exilio, carcere, vinculis, et ita deinceps.

Secundo, « suam, » id est suis viribus, æque ac concupiscentiis commensam: Deus enim non patitur vos tentari super id quod potestis, » ait Paulus, I *Corinth.* x, 13; sed cuique pro vito quo laborat, crucem quasi medicinam immittit vel permittit: sic prono in superbiis, vel aliqua in re excellenti, permittit aliquid vilipendium, vel tentationem carnis, quæ cum humiliet, uti permittit in S. Paulo, II *Corinth.* xii, 7; avaro immittit mercium et opum iacturam; pulchro et vegeto immittit morbum; docto permittit lapsum in aliquem errorem vel in infamiam, ne infletur et de se præsumat.

Tertio, « suam, » id est sibi ad suum bonum a Deo Tertio ab æterno decretam. Cum ergo sentis crucem, ac sepe novam, cogita de Deo illicque eam resigna, ac dicito: Domine, hanc crucem de paterna manu tua libens accepto: hæc enim ab æterno crux mihi fixa est, et a te decreta ad rubiginem vitorum meorum defricandam, quare pro ea immensas tibi gratias ago. Seo enim, et credo eam mihi a te ex amore paterno constitutam, ut me filio tuo dilecto Christo crucifixo assimiles hic in patientia, et postea in gloria. Nam: « Quos prescivit et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus, » etc. *Rom.* viii, 29.

Quarto, « suam, » id est quam quisque in se habet Quarto per passionem, vel sibi irrogat per abnegationem, aut quam suam fecit per compassionem. Nam, ut ait S. Gregorius, hom. 32 in *Evang.*: « Duo bus modis crux tollitur, cum aut per abstinentiam

afflicto corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus. Pensemus qualiter utroque modo Paulus crucem suam tulit, qui dicebat: Castigo crucem meam, et in servitutem redigo, ne forte alibi prædicans, ipse reprobus efficiat. Ecce in afflictione corporis audivimus crucem carnis: audiamus nunc in compassione proximi crucem mentis, ait enim: Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror? Perfectus quippe prædicator, ut exemplum daret abstinentiæ, crucem portabat in corpore. Et quia in se traherat damnâ infirmitatis alienæ, crucem portabat in corde. »

ET SEQUATUR ME, — per crucem ad mortem, et per mortem ad beatam immortalitatem. Perseverandum enim nobis est in cruce cum Christo per totam vitam, usque ad mortem et coronam: « Qui enim perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. » Audi S. Chrysostomum, hom. 56 in cap. xvi *Matth.*: « Latrones, ait, multa talia patiuntur. Ne igitur credas ipsius passionis naturam per se sufficere, causam ejus subiecit. Quam ipsam? quæ dicta sunt universa faciens atque patiens ipsum sequaris, ut scilicet propter ipsum omnia sustineas, utque omnem virtutis numerum habeas. Is enim Christum sequitur, qui non in periculo modo fortitudinem adhibet, sed modestiam, sed humilitatem et omne sublimioris philosophiæ genus complectitur. Id enim est recte Dominum sequi, ut et propter ipsum cuncta sufferas et alias virtutes non negligas. Multi diabolum sequentes, multa patiuntur et vitam propter ipsum perdunt, quam nos propter Christum, imo vero propter nos ipsos perdamus. »

23. QUI ENIM VOLUERIT ANIMAM SUAM SALVAM FACERE, PERDET EAM; QUI AUTEM PERDIDERIT ANIMAM SUAM PROPTER ME, INVENIET EAM. — Quia crux acerba est et cruciata, hinc ad eam tollendam fideles animat Christus, ait Chrysostomus, per ingens ejus præmium et coronam gloriæ; ac si agricoltæ dicatur, ait S. Gregorius, hom. 32:

« Frumentum si servas, perdis; si seminas, renovas. Quis enim nesciat, quod frumentum, cum in semine mittitur, perit ab oculis, in terra deficit? Sed unde putrescit in pulvere, inde virescit in renovatione. »

Origenes dupliciter exponit hæc sententiam: primo sic, q. d. Si quis, inquit, amat vitam presentem parit animæ suæ, timens mori, et putans animam suam per hanc mortem perire, ille volens hoc modo salvare animam suam, perdet eam, alienam illam faciens a vita æterna. Si quis vero contentum vitam presentem, usque ad mortem pro veritate certaverit, perdet quidem animam suam, quantum ad vitam presentem; sed quoniam propter Christum perdet eam, magis eam salvam faciet in vitam æternam. Alio modo sic: Si quis intelligit quæ est vera salus, et acquirere vult eam ad salutem animæ suæ, iste abnegans semelipsum, perdit, quantum ad voluptates carnales, animam suam

propter Christum; et percens animam suam hoc modo, salvat eam per opera pietatis; dicendo enim: « qui voluerit, » præcedentem et sequentem unum sensum esse ostendit; si ergo quod superius dixit: « abneget semelipsum, » de morte corporali dixit, consequenter hoc de sola morte intelligere debemus dictum esse; si autem abnegare seipsum est carnalem conversationem rejicere, et perdere animam est deponere voluptates carnales. Hucusque Origenes. Prior expostio videtur magis genuina, sed amplianda hoc modo, q. d. Qui in hac vita fugiens crucem et abnegationem sui, vult servare animam suam, id est vitam suam, ideoque negat me meamque fidem in persecutione; aut vult salvare animam suam, id est desideria animæ suæ, q. d. Qui suis concupiscentiis vult satisfacere, hic in futura vita perdet animam suam in gehenna; qui autem perdidit animam suam in hac vita propter Christum, vel moriendo in persecutione pro eo, vel ejus amore abnegando suas concupiscentias, hic in futura vita animam, quam perdidit moriendo, vel mortificando, salvam inveniet in æterna gloria et in sinu Christi, qui eam pro se morti expositam resuscitabit et glorificabit. Hunc sensum exigit antithesis inter perdere et salvam facere, sive invenire, scilicet integram et salvam; item id quod sequitur: « Quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur, » id est animam suam perdat in gehenna?

26. QUID ENIM PRODEST HOMINI, SI UNIVERSUM MUNDUM LUCRETUR, ANIMÆ VERO SUÆ (id est sui ipsius, ut explicat Lucas, ix, 25) DETRIMENTUM PATIATUR? — Græce *ζημιωθή*, id est iacturam faciat, mulctetur, q. d. Quid te juvabit (hoc enim est Græcum *ζημιωθή*) acquisivisse omnes opes, honores, delicias totius mundi, si propter hoc te ipsum perdas, et anima tua, quam unicam et intimam habes, mulcteris ad æterna gehennæ tormenta? juxta illud:

Omnia si perdas, animam servare memento.

Opes enim, honores et delicias perditas recuperare potes: animam semel perditam in æternum recuperare non poteris. Illa extrinseca sunt, et exterioris tantum sensus titillantes; hæc intrinseca tibi est et intima, unde ejus dolor vel gaudium tibi pariter intrinsecus est, summus et intimus; illa temporalia sunt et caduca, hæc immortalis et æterna. O stulti ergo filii Adæ, cur hæc caduca ita adamatis, ut propter ea animam perditis, et æternis gehennæ incendiis tradatis? O insensati, qui gulta voluptatis vel honoris emittis sempiternos dolores, et perenne inferorum opprobrium utique vili et exili nimis pretio eas emittis, cæpi vos vero ponibitis in æternum. Ego tantum perire non eno.

AUT QUAM DABIT HOMO COMMUTATIONEM PRO ANIMÆ SUÆ? — Græce *ἀντιτάραξ*, id est compensa-

Vers. 23.
Luc. ix.
4. Mar.
viii. 35.

Servans
animam
perdit
dupli-
citer.

Vers. 26.
Luc. ix.
25. Mar.
viii. 36.

